



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

4742/A
C. II
4795
16/P
a

The Earl of Westmoreland
1856

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

65.A.21


29900

page 12/7/11

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

THEOPHRASTI
PARACELSI
LIBRI V.
DE
Vita longa, breui, & ſana.
DEQ.
Triplici corpore.

Iamdudum ab ipſo authore obſcurè editi, nunc verò opera & ſtudio GERARDI DORNEI *Commentarijs illuſtrati.*



FRANCOFORTI.

Anno M. D. LXXXIII.

29900 (1)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CLARISSIMO ET ORNATISSIMO PIETATE, VIRTVTE, ET DOCTRINA VIRO, D. SAMVELI SIDEROCRAT, SINCERIORIS PHIlosophiæ, medicinæque Doctori celeberrimo, Reuerendissimi D. Præsulis, Episcopi Spirensis Medico,

Gerardus Dorneus S. D.

DVM tacitè mecum sæpiùs considero maximā antiquorum medicorum negligentiam, & presertim Atheniensium Philosophorum, quorum discipuli adhuc in eadem persistunt, admirari satis amice frater nequeo. Videntur enim, si non ignorare, pigritia saltem officiū præterire medici, quod non aliud esse, quàm longa vita vitam conseruare & præseruare sanam, ab Esphara siue corruptione tutam reddendo breuem, ex Paracelsi, tum primorum sapientum sentētia, patet. Quid indignius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ergo medico poteſt eſſe, quàm ignorare quid vita longa, ſana, breuiſque ſint, quid ſupercœleſte corpus, & phyſicum duplex, vt cœleſte & elementare? An putant iſti corpus aliquod ex ſe viuere, vel vitam eſſe corporis, aut corpori propriã, an forſitan hactenus ita cęcutiuerunt, vt vitam ipſam vnquam poſſe mori crederent, quemadmodum & corpus, quod in nihilum redigitur, quia ex nihilo eſt: ex quo quidem vita nõ exiſtit, ſed ex æterno, ad quod etiam redit à corpore ſeparata? Nec eſt quòd exiſtimetur nos hoc loco de animæ rationalis (quam vocant) ęterna vita quid diſſerere velle, ſed de vita ſolùm naturalibus ad motum ſui corporis inſita: hæc ipſa, vt illa ex fonte vitarum eſt omnium Deo videlicet. Viuunt enim elementa ex firmamento, hoc autem ex intelligibili mundo, & iſte ſolùm ex Deo, ſiue ex æterno eius verbo. Eſt igitur omnis omnium vnica vita in omnibus, iuxta ſubiectũ nihilominus in quod influit, vario modo gliſcẽs. Quapropter ſi medicina tantùm in eo laborat, vt in corpore vita maneat ſana, ſubiectum eius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

eius potiſſimum non erit corpus, ſed vita, eaque ſana, quę medium eſt quo longa retinetur in ea, ne fugiat à breui: ſunt enim inimiciſſimæ. Vt ergo pax fiat inter iſtos inimicos, balſamo vitæ mediæ eſt opus ab externis petito, quo internum inſtauretur ad retinendum, vel ſuſtentandum ignem vitæ longæ, ſine quo fomite recedit à corpore non ſecus atq; à lychno flamma deficiēte oleo. Eſt itaq; Paracelſo noſtro longa vita ſupercœleſtis, quæ cœleſte corpus induta per influxum, vitā efficit mediam & ſanam: hinc autem in elementa profluens, vitam breuem induit. Atqui tantiſper dum vinculo mediæ vitę retinetur longa, ſupercœleſte corpus nuncupatur à Paracelſo, propter coniunctionem, alioquin ſeparata vel libera, corpus non dicitur ampliùs, ſed vitæ ſpiritus. Media verò nobis eſt balſamū & anima vitæ, ceu vinculum ſpiritus cū corpore, quod ſui natura ſemper in vitam breuem tendit indies. Cùm igitur corpus per ſeipſum immobile ſit, retinere vitam à ſe fugiētem, velut ab inimico ſuo, minimè poteſt: quapropter eo

ad medicinam opus non eſt. Hinc eſt etiam cur ſpagyri hoc à ſuis medicamentis amoueant, retẽto ſolo balſamo, vitæ mediæ cœleſti videlicet corpore, quo delectatur illud ſupercœleſte, retineturque ne fugiat à carcere corporeo. Quid multis? aliud eſt mederi corpori, alere autem hoc ipſum, item aliud eſt. Intelligenti hęc non tibi quidem, ſed alijs dictu opus fuit, ſub tuo nomine tamen: meliùs enim hæc omnia vel me tacente noſti. Nihilominus vt eſſent argumentum, atq; teſtimonium initi fœderis inter nos arctiſſimæ nedum, verùm etiam vnitiſſimæ ac indiſſolubilis amicitiæ, dedicare tibi, tanquam amico fratri volui, ſimul & qualeſcunq; lucubratiunculas noſtras in libros De vita longa Paracelſi: quibus prodeſſe omnibus magis quàm mihi ipſi valeam, quod etiam in his noſtrum ſemper adhuc ſtudium fuit. Defende igitur pro veritate, qui facilè potes, ne mordicus lacerentur ab Athenienſibus. Vale, meq́; tuum eſſe patiare libenter. Datum Francofurti 3. Iulij. 1583.

CANDI-

CANDIDE ET RECTE SENTIENTI ATQVE IVDICANTI Lectori S.

CVm De vita longa Paracelsi libellus, ab Oporino, suo quidē amanuensi, bis translatus sit, ac diuersa in aliquibus phrasi, in vnā & eandem autoris sententiam conueniente, lectores eius admonendos esse putaui, vt sciant quur nonnulla capitula ab initio bis à me posita sint, id non alia de causa factum esse, quàm vt omni ex parte ipsis Paracelsi mēs aperiatur, ac videant quàm vana sit inimicorum suorum doctrina, quos Cyclopes vocat, eius scriptis comparata. Notandum inprimis ad mentem autoris de vita longa, consequendum, triplicem intelligi debere vitam, vt putà longam, sanam, & breuem, quarū prima immortalis dicitur, quòd ab immortali procedat: aliæ duæ verò posteriores, à prima prouenietes, ratione coniunctionis, cum mortali, mortales intelliguntur. Itidem de corpore intelligendum esse tripliciter: vnum supercœleste dicitur, vel æternum, eatenus corpus vocatur, cùm spiritus magis dici deberet, quatenus cum corporibus iungitur, alioquin ab

istis separatum, non nisi spiritus est vitæ perpetuus. Secundum corpus dicitur cœleste, vel physicum firmamentale: tertium verò physicum elementare. Verùm vbi ponitur corpus physicum absolutè, de vtroq; intelligitur: sic vita absolutè posita, physicam & mortalem indicat. Vbi tamen cœleste corpus absolutè legitur, sæpius de supercœlesti, æterno, et supra naturam dictum esse putato. Summatim, elementa vult à firmamento viuificari, et hoc à supernaturali vita lucéve, quam posteriorem vitam ea de causa corpoream vocat, siue corpus supra naturam, quatenus corpori coniungitur, & non aliter. Alibi in Philosophia ad Athenienses dicit immortale cum corruptibili coniunctum, & ideo istud immortalitatem quandoque consecuturum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

THEOPHRASTI PARACELSI DE VITA LONGA,

Liber primus,

Cap. I.

SI de vita longa Theophrastum Paracelsum philosophari fas est, necessarium primò, scituque dignum, quid vita sit, existimo, maximè verò immortalis: quem locum Prisci prorsus integrum reliquerunt, credo, incognitum, aut non satis intellectum. Hinc est quòd alteri solùm, immortali scilicet, consultum voluerunt hactenus. Verùm vt tandem quid vita sit, definiam: Nihil mehercle vita est aliud, nisi Mummia quędam balsamita, conseruans mortale corpus à mortalibus vermibus & æstphara, cum impressa liquoris salium commistura. Præterea vita nostra, vita nempe lõga est, quam nec spiritus, nec lumen naturæ breuem esse aiunt. Ignorantium verò breuis, cum arte longa. Breuius arte quid? vita verò quid longius, inter mortales saltem non superstitiosos? Porrò diutius, sanius, viuaciúsque quid balsamo? velocius, debilius, mortalius corpore quid? Temperamentum quippe est breue à longo, & à breui rursus lõgum. Cur longa igitur vita, & cur breuis. Veruntamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ea vita quæ ſupercœleſtis phyſica apud nos canones non habet, noſtrę authoritatis pompa, mortale ſolùm corpus indicat, ac regulatur (vt ſic dixerim) ab arte in tertium vſque terminum, imò quartum etiam & quintum. Hæc de viuo. Quid inde de morte? Mors namque quid eſt? Nihil certè aliud quàm balſami dominium, Mummiæ interitus, ſalium vltima materia. Quibus ex immortalibus ſeparatis à mortalibus, mortalium membrorum tranſiturum inducit regreſſum. Hæc itaque eſt vita longa, ab exordio dicta. Hæc etiã eſt vita breuis, de morte videlicet dicta. Mors apud nos mors eſt, nõ vita. Longior verò hac morte ars. Hæ res vitæ diſſolutiones, digeſtæ quoq; ſeparationes puri, lõgæ & ſanæ, cùm mortalis, tum immortalis, quã dies natalis coniungit ac copulat, idq́; ab vtriſq; corporibus. Nam omnis cõiunctio rerum mortaliũ, maximè diuerſarum, adfert ſecum diſſolutioné. Quemadmodum omnem coniunctionem rerum naturalium, & earum quæ præter naturam ſunt, ſequitur diſſolutio. Sic vitæ quæ coniuncta eſt, comes eſt diſſolutio. Mortis enim cauſa bellũ empiricum, non aliud ferè, niſi duellũ quoddam ductum à mortalibus & immortalibus, atq; hoc eſt planè quod dicitur, Pugnat quiſque pro patria. Morbus verò quaſi iaculum, & Anthos belli lorica, præter lites in his, quid aliud?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

aliud? Hinc est huius mali fons & origo, generatio morbi, quam cõtinuò insequitur mors. Ex quibus facilè colligere licet, quid vita sit, cùm mortalis, tum immortalis. Qua ratione vtraq; conseruari debeat, id quod infrà etiam in fine physici corporis latiùs patebit.

Aliter verò sic:

Antequam coram vobis discipulis meis vigilantissimis, incipiam philosophari de vita longa, è re vestra fore arbitror si priùs & penitus quid sit vita, describam: maximè verò immortalis, quam sanè scribẽdo alij complures, prorsus missam & intactam hactenus relique runt puto ex ignorãtia planè, aut vt satis ipsis perspecta non fuerit: hinc factum, vt alteri solummodo, mortali scilicet, magna disputatione consultum hoc vsque in tempus voluerint. Nunc autem vt clariùs hæ ambæ dignoscãtur, certè ab initio de physico corpore dicendum esse reor, cuius corporis generalis praxis fit ad hunc modum. Principiò considerantur partes eius tot & tam variæ, medullæ, ossa, cartilagines, ligamina, nerui, carnes, membra, denique quicquid est principalium membrorum, vt sunt musculi, lacerti, & id genus alia, quæ physicam vitam complectuntur. Sed ad ea priusquam perueniamus, quid sit mors, quídve ægritudo, paucis indicabimus. Est mors dissolutio vitæ, cùm mortalis, tum quoq; immortalis,

mortalis, quam dies natalis coniungit accopulat: Nam omnis coniunctio rerum mortalium, maximè diuersarum, secum adfert dissolutionem. Quemadmodum omnem coniunctionem rerum naturaliũ, & earum quæ præter naturam sunt, sequitur dissolutio. Hinc est huius mali fons & origo, generatio morbi, quam continuò subsequitur mors. Ex quibus facilè colligere licebit, quid vita sit, cùm mortalis, tum quoque immortalis, & qua ratione vtraq; conseruari debeat. Quamuis etiam ea inferiùs, vbi de physico corpore agemus, satis fusè declaraturi sumus.

EXPOSITIO.

Etsi binæ traductiones, quæ iam de primo capitulo positæ sunt, inter sese distare stylo videantur, non sensu tamen, hoc loco minimè disputabimus. Id solùm conabimur efficere pro viribus, vt lectores fructum aliquem de tam obscuris arcanis reportare queãt. Cùm videam neminem adhuc tam difficilem prouinciam elucidationis aggredi, præter Leonem illum Suauium laruatum I.G.P. Ioannem Gohorreum Parisiensem, ausum fuisse: qui quidem, vt cæcus alijs viam commonstrare conatus, in foueam cecidit ignorantiæ. Quòd recens adhuc ex infidelium schola progressa, ad sublimiora scandere præsumeret implumis eius auicula, quid supra vires audere, vel attentare decoris adferat, experir;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

riri oportuit hocipsum, quod & alij in posterum elati. similis arrogantiæ Gigantes absque dubio comperient. Sed ad rem ipsam potiùs deueniamus. Antea meis, cùm physicis, tum in admonitione ad Atheniensium propugnatorem infidelium, scriptis abundè satis ex sacra Genesi deduxi, quid rerum vita sit immortalis naturalium, vtpote lucis idealis vnio cum cœlo terraq́; pariter idealibus. Hæc anima perpetuitatis, si cum defuturo siue mortali corpore fuerit coniuncta, vitam longam efficit, quia spiritus lucis perpetuus, cum luce naturæ iunctus, eiusmodi coniunctionem & vitam non finit esse breuem, præsertim ijs qui bonam huius notitiam habent. Ignorantes autem eam, breuem habent vitam, artemq́; longam, qua nec assequuntur quod optant. Vita igitur in genere est balsamus incorruptibilis qui dictus est à Paracelso, Mummia balsamita, corpus à corruptione quauis defendens, per medium salini liquoris, id est, balsami inferioris, ex superiori in inferioribus enati. Superior itaq; balsamus, quem apertè vobis iam declaraui, generat per influxum in inferiora corpora, balsamum, vt per coniunctionem hanc, vita longa resultet corporum aut breuis, iuxta dispositionem influxuum, cùm naturalium, tum supernaturalium, hoc est, vel arte longa, vel ignorantia, breuis futura. Innuit Paracelsus vitam longam esse posse, vel natura, vel arte, præsertim ijs qui norunt artem, hanc à breui discernendi. Non quòd omnino velit omnes homines prolongare sibi posse vitam, sed eos tantùm, quibus datum est à Deo vitam vtranq; cognoscere, & non

alijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

alijs qui neutram, ob alterius ignorantiā, intelligunt: contraria siquidem per sese mutuò innotescunt. Ars istarum cognitionis itaq; longa dicitur, & breuis, post cognitionem ad longæ vitæ cultum, per eos (qui non sunt ita superstitiosi, vt omne licitū ad superstitionem ex ignorantia contrahant) in vsum assumptum. Est igitur temperamentum breue à longo, & à breui rursus lōgum. Porrò quid vita balsami diuturnius, sanius, viuaciusq; velocius autem, debilius, aut mortalius physici corporis vita? Cur longa igitur vita, & cur breuis, iam habes. Veruntamen vita quæ supercœlestis antea dicta est, & physica, ratione influxus huius spiritus in physicum vtrunq; corpus, apud nos explicari ex se satis non potest, nisi quatenus mortale corpus regit, istiusq; nobis differentiam indicat & cœlestis corporis, arteq; dirigit in tertium, quartum, et quintum etiam vitæ terminum. De viuo hactenus dixit, nunc de mortuo, quid loquatur audiamus. Mors inquit, est balsami dominium, Mummiæ interitus, salium vltima materia. Tria nobis hoc loco proponit consideranda, balsamum videlicet, Mummiam, & sal, ac si diceret, Vbi dominabitur supercœleste sulphur, Mercurio vitali cœlestiq;, & corporis balsamo sali, tanquam in lucerna flamma oleum exiccabitur, & consumetur lichnus in omnium dissolutionem, & lucis vitæq; extinctionem. His itaq; immortalibus à mortalibus separatis, mortalia membra transeunt ad regressum in sua primordia, fitq; dissolutio vitæ cùm mortalis, tum quoque immortalis, quam dies natalis coniungit, ac copulat influxu videli-

videlicet, cùm supercœlestium, tum cœlestium, ad coniunctionem eiusdem vitæ. Vita igitur ab exordio longa dicitur, & à morte siue dissolutione coniunctionis, breuis. Hac morte longior est ars, quæ prolongari potest à suis cultoribus, qui hanc artem ex cognitione mortis & vitæ norunt. Omnia quæ coniunguntur mortalia, & potißimùm diuersa, dissoluuntur, contrario modo quàm coniuncta sunt, ob diuersitatem, similiter supernaturalia naturalibus iuncta, dissolutionem admittunt, quapropter & vita huic est obnoxia: maximè cùm sit intemperamentum coniunctionis inter mortalia & immortalia, tum maximè pugnat vtrunque pro patria, id est, contra mortalia suas partes defendunt immortalia, & contra hæc illa. Causa mortis igitur, est regnum hoc in seipsum diuisum, intestinum, vel empiricum duellũ, ex dissolutione vinculi quidem ortum. Inde morbus oritur tanquam iaculum, cui resistitur per Anthos medicinæ, loricam huius belli, quæ nisi valida sit admodum, sequitur mors. Quid anthos sit & lorica belli, audietur in sequentibus. Cognita per ea quæ dicta sunt vtraque vita, mortali & immortali videlicet, quemadmodum conseruari debeant, infrà dicetur latißimè.

CAPVT II.

SVpradicta omnia vt clariùs innotescant, principiò de physico corpore dicendum esse existimo. Omnium quippe quæ tractantur

tur per noſtra argumenta ſuſtentatio phyſici corporis eſt cauſa. Atqui generalis quidē praxis in phyſico corpore in hunc modum fieri oportet. Principiò conſiderantur partes eius, & hæ ex locali anatomia, per locū totius phyſici corporis, cum intellectu medullarum, conditionum, vſus ligamentorum, formarum, oſsium, & cartilaginis, neruorum, carnis proprietatum, ſeptemq́; principalium membrorum virtutum, idq́; vniuerſum, vt quid acturus ſis in phyſico, teipſum intelligas ad hanc regulam. Principiò oportet probè cognitam habeamus vniuerſam rationem atque naturam, cùm phyſici corporis, tum phyſicæ vitæ. Corpus ſiquidem vitaque phyſica mortalia. Ex mortali verò nihil poteſt elici, quòd pariat vitam longam, ſed ea quæ poſſunt haberi ex his, ſanum reddunt corpus, & ſic neq; corpus, neq; vita mortalis, in hac noſtra monarchia, debent conſiderari pro ſententia Arcani vel Elixiris. Extra namque corpus eſt vita longa, & à corpore conſeruatur, corpusq́ue inferius ab ea. Præterea interueniente corpore, exoritur diſſolutio vitæ vtriuſque: vbicunque enim mortalitas non eſt coniuncta immortalitati, illic diſſolutio eſſe nequit. Hoc loco plurimū laborauit empirica muſa, & ſophiſtæ medici, ſpagyrorumq́ue, qua ſcilicet ratione corpus tanquam balſamum conſeruarent, ne cauſarentur

rentur mortem, cùm balſamum ſit vitæ Mummia, non corporis: haud memores interim in vita mortem non eſſe. Nihil enim aliud vitæ mors eſt, niſi diſſolutio quędam ab immortali, quę vbi accidit, tum demũ moritur corpus. Atqui huc omnia ſua excerpta retulit Hippocrates, corpuſculumque illud præ manibus ſumere, tanquam ſubiectum longæ vitæ, & mortale mortali conſeruare decreuit: cùm in eo nulla vnquam fuerit vita, quę ex illius fonte manauit. Corpus enim creatura eſt, at non vita, nihilque minùs mortis filia. Igitur ex arca ea deſcendit, quæ eſt immortalis. Non prorſus referenda eſt, inquies, Hippocratica muſa ad immortalitatem. Eſto: at multò faciliorem viam ad ſanitatem inuenias, quandoquidem è ſuperis deſcendit magnale iſtud. Nihil præter ea, quæ creaturę ſunt, Hippocrati tribuit Deus, imò nec ea ei plenè, quæ creaturæ ſunt, inſignia myſteria dedit: ſed ad rem. Huic corpori Deus adiunxit aliud quoddam, putà cœleſte, id quod in corpore vitæ exiſtit: de quo Theophraſtus ego Paracelſus: Hoc opus, hic labor eſt, ne in diſſolutionẽ quę mortalium eſt, & huic ſoli adiuncta, erumpat. Et ſi in corpore iſto accidere poteſt diſſolutio, atque adeò colligi ex ea amiſsio cœlici corporis, tamen vitæ longæ obeſſe nequit, propter inſtaurationẽ, quæ ſubinde fieri debet, vt prorſus

ſus omni defectu careat corpus. Sicut enim ignis tantiſper, dum ligna adſunt, viuit: ſic vita longa, dum adeſt corpus ex arca, quod corpus vt corpus conſeruandum eſt, interuenien te eo corpore, quo extrinſecus conualeſcit. Inde enim conſeruari poteſt. Nihil enim aliud eſt corpus, niſi ſubiectum, in quo vita longa corporis æterni gliſcit.

Aliter autem ſic.

Principiò oportet, vt probè cognitam habeamus vniuerſam rationem atque naturam, cùm phyſici corporis, tũ phyſicæ vitæ: quamuis neque corpus, néque vita corporis hoc loci conſiderari per ſe debent: cùm nihil poſsit elici ex mortali, quod vitam longam pariat, & extra corpus ſit vita longa, & à corpore con ſeruetur, præterea, interueniente corpore exoriatur diſſolutio vtriuſque vitæ. Nam vbicunquè immortalitas non eſt coniuncta mortalitati, illic diſſolutio penitus eſſe nequit. Hac de re plurimùm inſudauit Hippocratica muſa, qua ſcilicet ratione corpus tanquam balſamo conſeruaret, ne mortis cauſa exhiberet ſeſe, immemor in vita mortem non eſſe. Nihil enim aliud mors eſt, niſi quædam diſſolutio, quæ vbi accidit, tum demum moritur corpus. Hucque omnia ſua excerpta retulit Hippocrates,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

crates, corpusculumque illud præ manibus sumere, & obnoxium morti, mortali remedio conseruare decreuit, cùm in eo nulla vnquam fuerit vita, quæ ex fonte vitæ manarit: Siquidem corpus est creatura, at non vita. Non prorsus referenda est, inquies, Hippocratica musa ad mortalitatem. Esto, at multò faciliorem viam ad sanitatem inuenies. Nihil enim præter ea quæ creaturæ sunt, Hippocrati tribuit Deus. Sed redeamus ad propositum. Huic corpori Deus adiunxit aliud quoddam, putà cœleste, id est, in corpore vita existit. Hoc opus, hic labor est, ne in dissolutionem, quæ mortalium est, & huic soli coniuncta, erumpat: Etsi in corpore isto caduco accidere potest dissolutio, atque adeò colligi ex ea amissio cœlici corporis, tamen nequit obesse vitæ longæ, propter instaurationem quæ subinde fieri debet, vt prorsus omni defectu careat corpus. Sicut enim ignis tantisper, quoad ligna adsunt, viuit, ita vita longa, dum adest corpus: Quod corpus, vt oportet, conseruandum est, interueniente corpore eo, quo extrinsecus conualescit. Inde enim conseruari potest: cùm nihil aliud sit corpus, præterquam subiectum in quo vita gliscit longa.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

EXPOSITIO.

Ad faciliorem intelligentiam eorum, quæ hoc loco, & per totum opusculum de vita longa ab authore scripta sunt, apprimè necessarium est considerare triplex corpus, & non solùm duplex, vt nonnulli volunt: vnum & potißimum, quod vitæ longæ dicitur, æternum, & supernaturale: secundum, cœleste, vel firmamentale: tertium verò physicum & elementare. Quanquam id quod æternum est, propriè corporeum dici non potest, nisi quatenus ac tantisper, dum corporibus est coniunctum, post dissolutionem verò non. Testatur autor sub finem istius capituli dicens: corpus esse subiectum, in quo longa vita corporis æterni gliscit, & in secunda traductione: subiectum in quo vita gliscit longa. Primùm igitur corpus physicum, ex anatomia locali partium, cùm internarum, tum externarum, esse medico probè cum intellectu cognoscendum, ait, vt facere differentiam valeat inter physicum corpus; & cœleste, quod author vocauit physicam vitam, quæ quidem ambo dicit esse mortalia, ac talia, ex quibus vita longa nullatenus elici queat, vel quidpiam aliud quod eam pariat. Hoc solùm ex dictis mortalibus haberi posse admittit, quod faciat in sanitatem corporis. Concludit inde monarchiam spagyricam, ex physicis nullo modo considerari debere, ad summum illud arcanum, quod metaphysicum aliquando vocaui, & author noster Elixir. Siquidem extra corpus esse vitam longam dicit, hoc est, monarchiam hanc ex vllo corpore non fluere,

sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

sed ex perenni fonte corporis experte deriuare in corpora physica, in quibus tantisper inuoluitur corporeo indumento, dum ipsis cum moratur, à dissolutione tamen spolium hoc corporeum abijcit. Conseruari vult à corpore cœlesti tamen, per cuius medium inferius corpus, id est, physicum, etiam conseruatur. Sed ratione corporis mortalis, cui coniungitur immortale, dissolutio sumit originem, id est, mortale est causa cur eiusmodi coniunctionis vinculum soluitur in natura. Dissolutio nulla fieri potest, vbi nulla præcessit coniunctio. Huius tam excellentis arcani dicit, Hippocratem & suos fuisse prorsum ignaros, atque sophistas medicos, necnon alios spagyros vel experimentatores; videlicet in vita mortem non esse. Quo factum vt balsamum hoc, vitæ Mummiam non repererint, etsi maximo labore plusquam Herculeo ad hoc perquirendum insudarint. Nam in corpore quæsiuerunt, in quo non est, nec huius esse potest quid, quod ipsum conseruare debet, alioquin per seipsum conseruaretur, quod sui natura labile est. Mirum sanè, tantos viros & philosophos id ingenio, laboribusq; suis assequi non potuisse, quod Paracelsus. Propterea huic inuidebunt à Deo donum, quod ipsis denegatum fuit? Bella ratio hominum scilicet: sed ad rem ipsam. Postea mori vitam asserit per dissolutionem ab immortali, qui priùs tamen dixerat in vita non esse mortem. Huc vos volo confluere calumniatores in Paracelsum, vt cum Erasto clametis, vnico tamen ex eius ore omnes: Omnia dicite contra sese pugnare quæ scripsit homo, si quem nostis, plaudite cùm prædam habebitis,

bebitis, tenete strictius, ne vestras manus euadat. Breuibus iamiam vos deridebit, seriò magis quam facetè. Vita moritur & non moritur: quæ ex arca est immortali morti non est obnoxia, solùm ea quæ creatura est, mortem persoluit sui corporis. Hippocrates autem subiectum vitæ longæ multis excerptis hinc inde quæsiuit. sed quia mortale mortali conseruare decreuit, miserè deceptus est. Nam in mortali nunquam vita fuit, quæ ex vitæ fonte manauit, id est, in eius substantia, vita nulla potest esse, nec est. Paracelsus enim docet, corpus esse creaturam, at vitam non esse talem, imò nihil minùs esse vitam, quàm mortis filiam. Quanquam autem Hippocratis labores, non omnino ad mortalitatem respexisse, quis dicere potest, nihilominus circa mortalia versabantur, vt ab his eliceret, quod immortalitati consonum esset, id est, ad vitam longam posset inseruire. Cùm tamen ignoraret magnale istud è superis descendere. Nihil enim Hippocrati Deus reuelare voluit præter ea quæ creaturam concernunt, imò nec omnia mysteria dedit ei, quæ de creaturis haberi possunt. Gloriatur itaq; Paracelsus, nec immeritò, de dono Dei, dona Hyppocratis & infidelium excellente (quod quiuis etiam Christianus facere potest, cum modestia tamen) ad hunc modum exultans: Huic (inquit) corpori Deus adiũxit aliud quoddam, putà cœleste, id quod in corpore vitæ existit, de quo Theophrastus Paracelsus ego. Hoc est, vitæ corporis, vel si vis corpori vitæ mortalis, adiunxit Deus aliud corpus immortalis vitæ, & cœleste, quod inest etiam dictæ mortalis vitæ corpori,

corpori, de quo mihi à Deo meo reuelato, gratias agẽs, glorior in ipso qui dedit mihi, quod Hippocrati reuelare noluit, neq; alijs infidelibus. Hoc opus, hic labor est, efficere videlicet, vt hoc supernaturale corpus, per coniunctionem cum cœlesti, cœleste factum, non erumpat in dissolutionem, quæ quidem oritur ex mortalibus, & istis adiuncta fuit. Fieri sæpißimè potest, vt causetur eiusmodi dissolutio in isto caduco nostro corpore, & inde cœlici corporis amißio, hoc vitæ longæ per se obesse nõ potest, ob instaurationem, putà cœlici corporis, quæ subinde fieri debet, ac tam citò atq; dissolutio cœperit initiũ, vt prorsus omni defectu corpus, putà physicum, careat, propter instaurationem. Exemplum ab igne sumit author, qui tãtisper viuit, et flammas, aut excandescentiam conseruat, dum adest lignum, quo quidem absumpto, moritur corpus in cineres factum, à quo dissoluta est ignis vita, sic vita longa dum adest corpus ex arca, viuit in eo corpore, quod quidem est conseruandum interueniente corpore, quo extrinsecus allato, id est, ab extrinsecis intrinsecus assumpto, conualescit. Inde enim conseruari potest. Vt confirmetur corporũ partitio, quam suprà fiendam esse dixi, iam, audite quînam secundum hoc suum capitulum concludat. Nihil (inquit) enim aliud est corpus, nisi subiectum, in quo longa vita corporis æterni gliscit. Hoc est, corpus firmamentale in corpore elemẽtari, physicum est subiectum, in quo æternum corpus gliscendo vitam parit mortalem, cui suam vitam longam coniungit, à qua coniunctione corpus sortitum esse intelligitur, hac ipsa durante: à quo per dissolutionem etiam liberatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAPVT III.

HActenus de phyſico corpore: nunc qua ratione materiam huius ab omni corruptione conſeruari oporteat, dicendum. Principiò, quidquid in ſeipſo corpus corrumpit, idem alieno corpore eſt recuperandum, ita, vt monarchia ſpagyrorum non admittat peruulgarem balſami naturam, qua corpus conſeruare laborant. Sicut enim fieri nequit, quin lignum abſumatur igne, ita fieri non poteſt, quin corpus aliquando corrũpatur vita. Quare minùs admittẽdi ſunt eſſentialium rerum periti, qui longam vitam balſamo comparari autumant, cùm potiùs hęc ſit natura balſami, vt corpus à corruptione eiuſdem conſeruet, ne in corpore vacuũ ſit. Nam omne vacuum eius loci morbus eſt, ſiue ægritudo in corpore, & quaſi atrophia quædam vitæ longæ. In perfecto enim corpore locum habet vita longa: In imperfecto, in continuum defectum ad mortem vſque diſſoluitur. Scimus enim phyſicum corpus ſuſtentari poſſe à morte, & illud ipſum ex vi ſuæ mummiæ innatæ. Hæc ad vitam ſanam, non longam, quia terminus pro phyſico eſt corpore. Operępretium autem eſt, antequam vitam longam declaremus, ſanam vitam exhibeamus ac præſtemus. Sunt autem illa quæ à morbis defendunt. Vt in perſico

igne

igne perit membrum non citra diſpendium vitæ, quandoquidem iſte morbus membri eſt mors, deinceps cauſa vitæ cordis, & hoc ab accidente, poteſt tamẽ per phyſicum balſamum tolli. In mola & Hernia velatur ſiue celatur vita longa tantiſper, dum deſinit idem humor. Similiter in carbũculo & ſapphiro plus æquo gliſcit. Obſeruandum igitur corruptionem à corpore auferendam, & quod in vita longa exarſit, in refrigerium denuo redigendum. Quare hoc loco ſpecifica naturæ, quæ in hoc ſunt adornata, corpus vndecunq; morbo confectum, muniant neceſſe eſt, id quod medicorum eſſe debet. In vita autem longa nihil eiuſmodi requiritur. Leonina enim ad vitam lõgam, ex æquo cum eo, qui à morbis alienus eſt, poteſt reduci. Similiter Lithyaſis & Tympanites: ſed hæc de vita lõga. Nunc ad breuem vitam, teſtalem ſcilicet. Quicquid in Hypoſarca ſuſtinet corpus interueniente percipiolo adminiſtrandum. Ruſtenna Enea in Epilepſia. Perla grandis in Gutta. Sardiniana in matrice, & in id genus alijs. Theſrana in Thyria: Thutia in Ophthalmia: perſtitella in Eryſipela externa: Hypericon in alijs offenſionibus. Hæc atq; alia, quamuis probè confecta & abſoluta, nihil tamen prorſus ad longam vitam faciunt, ſed in hoc ſolùm adhibentur, vt conualeat corpus: Parui enim refert, quoad vitam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

longam attinet, consulatur febribus, nec ne, Ephimeræ, causonæ, phthisi, ethicæ, & id genus alijs. Tantisper enim dum spiritus naturæ manet, corpus cœleste seruat, manetque vita longa vnà cum cruciatu morborum. Hîc non præstò est mors. Quatenus enim corpus in tutelam medico committitur, mors est, at non cœleste corpus. Ex corpore autem diffluit venenum in vitam, quã adeò accendit, vt prorsus in æscpharam erumpat, quandoquidem à corrosiuis mors ducit originem, & arsenicale in vniuersum quoddam realgar est, ideo nec desinit à natura veneni, quousque satisfaciat suæ naturæ, donec & reddat cõsumptum corpus, idque tamdiu donec in æscpharam inciperatum, nec post finem cessabit à sua malitia in ea. Quare duplex praxis aggredienda est: hæc, vt vitã conserues, altera vt reprimas corpus ac places, & idipsum indies propter corruptionem, quæ quotidie accidit.

EXPOSITIO.

Post declarationem physici corporis, ad eius materiæ conseruationem ab omni corruptione transit, his ferme verbis: Vita quandoque dominante, corpus corrumpitur, nec minùs id fieri consueuit, quàm apertissimè videmus ignem habere dominium in omne lignum, quod tantisper absumit, ac deuorandum datur: si verò

si verò cessemus addere, consumpto hoc cibo, separatur ignis à corpore quod moritur. Verùm si conseruari debet in corpore ligni, addenda continuò fuerit esca. Non aliter si vitam conseruare voles, id quod absumit indies de corpore, idem alieno corpore recuperandum erit, siue per cibum, siue per medicinam id fiat, iuxta necessitatem. Quapropter in monarchia spagyrorum, quæ medicina dicitur vniuersalis, non admittitur peruulgati balsami natura, sed balsami supernaturalis ex naturalibus iuxta spagyriam præparati. Non sunt igitur audiendi, qui balsamo hoc vulgari suo longam vitam comparari posse docent, cùm istius natura tantùm sit, corpus à corruptione per vitam facta, tueri, ne vacuum in corpore locum habeat. Nam in corpore vacuum est morbus, tanquam atrophia sub specie tabis, quæ nutrimentum non recipit, & per consequens, nullam instaurationem absumptorũ admittit. Perfectum corpus est, in quo nihil vacuũ, & in eo vita longa totum occupat locum: in imperfecto aũt, quia vacuum subintrat corruptio & morbus, ea vita, lõga videlicet, vnà cum ea quæ mortalis est, in continuum defectum ad mortem vsq; dissoluitur & moritur corpus. Verùm potest hoc ipsum sustentari, id est, defendi, vt à morte sit liberum, idq; vi suæ mummiæ innatæ, quod ad vitã sanam attinet, quæ terminũ habet, non ad longã, quia terminus pro physico corpore est, non pro cœlesti. Priusquam igitur vitã lõgã declaret, de sana dicere statuit author, ac ponere ea, quæ à morbis defendunt, corpus physicũ, idq; per exempla. In igne persico (inquit) perit

membrum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

membrum, non citra dispendium vitæ, putà membri, nam hic morbus, etsi mors existat membri in quo est, nihilominus per accidens comperitur cordis vitæ causa, & potest per physicum balsamum tolli. Mortem vnius causam alterius esse hoc loco, est quòd intelligamus, ad hunc nempe modum. Quod in membro de vita longa erat, loco cedit ad cor transiens, vitam adaugens per accidens & accessum, vel excessum. Vt itaque temperamentum instauretur ad vitam sanam, corruptio est à corpore physico auferenda, & id quod est accēsum in vita longa, refrigerandum: Quapropter specificis naturæ, in medicinam ad hoc præparatis, vtendum erit, quæ corpus physicum morbo vndiq; infectum, muniāt. In vita longa nihil simile requiritur, nam & Leonina lepra per monarchiam ad eius sanitatem reduci potest, qui morbo caret omni, idipsum de Lithyasi & Tympanite fieri potest. Sed hæc de vita lōga dicta sunt. Ad vitam breuem siue testalem, id est, caducam, deueniens ait, in Hyposarca administrandum esse id, quod sustinet corpus, interueniente percipiolo, hoc est, medicamento ad eam rem comprobato: Rustenna Enea in Epilepsia: Perla grandi in Gutta: Sardiniana in matrice, et id genus alijs, vt Thesiana in Thyria: Thutia in Ophthalmia: Perstitella in Erysipela externa: Hypericone in alijs offensionibus, vtendum esse. Quæ omnia particularia sunt ad singulos morbos remediorum arcana, quamuis etiam exactißimè præparata et absolutißima, nihil tamen ad vitam longam prorsus conducunt, solùm in hoc adhibentur vt conualeat corpus.

Nihil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Nihil enim ad vitam longam facit quod febribus, ephimeræ, causonæ, phthisi, ethicæ, & id genus alijs multis, adhibeatur quantumuis idoneum remedium, necne. Tantisper enim ac spiritus naturæ manet, id est, firmamentalis virtus, hæc in se conseruat ac retinet cæleste corpus in quo gliscit æternum, manente vita longa vnà cum cruciatu morborum. Hîc non præstò est mors. Ea tamen ratione qua sese committit æger, & suum corpus in tutelam medico, mors est, sed cœleste corpus mortem in se non admittit, etsi dissolutionem à corpore physico mortaliq; vita. Venenum corporis physici, nonnunquam accendit vitam in quam se recipit, vt postmodũ erumpat prorsus in æscpharam, id est, incinerationem. Ab eiusmodi corrosiuis mors introducitur, per generationem arsenicalis cuiusdam realgaris in vniuersum corpus discurrentis, ideo non desinit à natura veneni, quousque satisfaciat suæ naturæ, id est, totum corpus, nisi obueniatur, consumat, & incineratum in æscpharam conuertat, non priùs cessat à sua malitia. Duplex igitur praxis ad obueniendum, est aggredienda, vna, vt vita conseruetur: altera verò, vt reprimatur corpus & placetur, idq; indies & absque intermißione, propter corruptionem quæ quotidie accidit. Eiusmodi praxin infrà reperies, & suo loco, vbi de remedijs agetur.

CAPVT IIII.

CVm pro natura creationis corpus & eius physica vita, tanquam vna pars in com-

positio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

positionem formæ transit, & quia physicum corpus dimidium est, cum cœlesti totum: plus igitur medico considerãdum, vnde & ex quibus maior homo considerandus sit. In maiore siquidem vita, consistit vita longa, at in minore, mortalitatis subiectum, & hoc inseritur iuxta prædestinationem, videlicet, cùm corpus, tum vita cœlestis physico corpori quę velut indiuiduus cõmes sequitur hanc coniunctionem. Ex qua quidem de prædestinatione sciendũ, quod quæ innumera sunt, aliud coniunctio, aliud oportet, aliud rerum esse, aliud vita, aliud mors, omnia tamen tamen illa absque prædestinato termino, vel puncto deputato (qui hominib. cognitus esse posit) quandoquidem sub manu priuilegiata, hunc tenere conditor decreuit, sibi soli notum, vt statutum apud se habeat, positque absque reuocato iudicio liberè, quod vult, quodq; visum est, disponere: Porrò redacta coniunctione harum duarum formarum, naturalis videlicet, & eius quæ præter naturam est, in formam naturæ, idque omnino in cella matricis elicitur, genitores duos, filium vnum, genitrices etiã duas, filiam vnam, has quatuor personas gignere. Parit hoc semen cœleste cum mortali id animal, quod genitum apparet, elementale semen & supercœleste simul. Nam hoc verè operatur corporale semen, id quod in præseruatio-

uatione ductus naturalis conseruari oportet. Ea autem quæ præter naturam est forma, in primis considerari debet, ita vt per illa etiam quæ præter naturam sunt, seruetur. Sic duplicium bonorum hæres inscribitur puer, naturæ & essentiæ quæ à natura existit, iuxta præscriptum creationis, quæ simul oboritur, idq; ab eo, qui præter naturam est parente, qui corpus regit ac gubernat. Ex duobus quippe his parentibus superiùs sequitur coniunctio matrimonij diuinitus. Nam Adamus neque ex creatione aliquid est assecutus, neque ascendentibus signis, neque alijs rebus obnoxius factus: nihil igitur ex astris quatuor cum homine participes: Indiuisa sunt enim astra & homuncula, sed ex eo, quod præter naturam est, vitam longam accepit. Verùm vt habeat medicus quod vsurpet, neque paßim sequatur imperitorum nugamenta, qui frigidißimè hac de re scripserunt, principiò admonendus medicus, vt plus ad ea quæ præter naturam sunt, quàm ad ea quæ secũdum naturam fiunt, animũ adiungat. Deinde vt prędestinationẽ pulcherrimè calleat. Ex hac enim tanquam ex fonte potiùs scaturit ea monarchia, quę pręter naturã est, quàm specificũ & qualificatũ. Atq; hinc est peruulgatus ille error, quo nõ pauci inducti, sic statuũt cõsulere corpori, vt multò plura corpori, q̃ quæ corporis sunt,
tri-

tribuant. Hæc vt clariùs innotescant, similitudinem hanc cape. Videmus in eo quem somnus oppressit, vitã naturæ duntaxat inesse, fatumq́ue spiritum cum eo colludere vnà. Vbicunque igitur præsens vita existit, non plenè, atque adeò citra vim existit. Ea, quamuis mortua sit, quia non operatur, tamen corpori insita est. Item in eo qui iugulum gladio præbet, ictus longam vitam aufert. Quicquid porrò in corpore subsultat viuum adhuc, ingenita vita naturæ est. Hæc prorsus non est obseruanda, sed ea qũa corpus reuiuiscit. Præterea vita longa tanquam homo existit nobis, vt ignis ligno insitus, quo redintegrascit homo.

EXPOSITIO.

Hoc loco docet Paracelsus quæ sit physici corporis, & eius quod est præter naturam, facienda medico distinctio. Naturale siquidem innuit per creationem constare physica vita, tanquam ex forma, & ex corpore pariter physico, velut ex materia: quæ tamen ambæ partes dimidium creati constituunt solùm, & minorem hominem, cum cœlesti verò corpore siue homine maiore, totum & integrum efficere. Vult etiam plus considerare medicum, vnde & ex quibus maior homo sit conseruandus, quòd in eo vita longa consistat, quàm minor, in quo mortalitatis est subiectum duntaxat: Verùm huic inseri iuxta prædestinationem, cùm corpus,

pus, tum cœlestem vitam, scilicet physico corpori, & isti, fieri coniunctionis illam continuò comitem tantisper indiuiduum, dum vita longa, breuisq; simul conuenerint pro ratione vinculi, quod sanæ vitæ dici temperamentum potest. De prædestinatione autem obscura satis adducit & quæ mihi videntur ab inimicis eius, vel ab ignaris deprauata, per ablationem particulæ, quã addere visũ est, atq; fateri de meo in restitutionẽ melioris ac sanioris de prædestinatione, iuxta Biblia, sententiæ, accessisse ad authoris textum, intra parenthesin conclusam, vt putà (qui terminus vel punctus, hominibus cognitus esse possit) Textus enim sic habet: Omnia tamẽ illa absq; prædestinato termino, vel puncto deputato, esse sub prædestinatione, scilicet, quæ recensuit antea, coniunctionem rerum, essentiam, necessitatem, vitam, mortem, &c. quæ singula postea concludit, conditorem, vnà cum terminis, sub priuilegiata manu tenere, decreuisse, vt statutũ apud se habeat, possitq; absq; reuocato iudicio, liberè quod vult, quódque visum est, disponere. His apertè declarat mentem suam author, de prædestinatione, verbis (apud se habet statutum) non dicit apud homines, item sub priuilegiata manu conditoris esse dicit, non hominum intelligit. Sacræ siquidem literæ nos docent, quas Paracelsus non ignorauit, per Prophetas & Apostolos, numerum dierum nostrorum & capillorum apud Deum solum esse, non autem apud nos. Quapropter nec apud nos aliquid particulariter certi vel determinati concludere possumus de prædestinatione, præterquam soli Deo co-

gnitam esse particulariter de singulis: nobis aũt nõ nisi vniuersaliter de omnib. in genere, quantùm nos docet sacræ literæ. Cùm igitur nemo dierũ vitæ suæ terminũ, per horã vel momentum, longæ, vel breuis scire præcisè vllatenus poßit, non sunt contemnenda media, quibus ad alterutrã, siue lõgam siue sanã, absq; languore peruenire valeamus, idq; remedijs & arcanis ex fonte donorũ Dei deriuatis. Quibus enim datũ est à Deo similia cognoscere, pariter et vti, ad eum in quẽ sunt creata finẽ, cõceditur. Nõ diutiùs in materia prædestinationis ausus sum persistere, quod captũ ingenij nedum de ipsa vix cogitatio superat, verùm etiã confundit ex ratione sola fide, hîc & in plærisq; alijs locis sacris opus esse video tantùm, non ingenio nec arte. Ad alia igitur, quæ minùs periculosa sunt redeamus. Duas ponit Paracelsus rerum formas, vt naturalẽ, & præter naturã, easq; per coniunctionẽ in tertiam redigi formam etiã naturæ, specificã videlicet, in suis productis, species à generibus generari nõ inconcinnè docens, i. formas specificas ab vniuersalibus. Iam dictas formas duas recipi, & concludi in cella matricis, i. materiæ, dicit, genitores duos, i. masculeas formas duas, igneam & aëreã, filium vnũ gignere masculeum, & genitrices duas, fœmineas binas materias, aqueam & terream videlicet, generare filiam vnam fœmineam creaturam. Ex quatuor dictis personis parit hoc semen cœleste, quod audiuimus, cum mortali semine, id animalis genus, quod quidẽ genitũ cùm apparet, est nihil aliud, quàm elementale semen, et supercœleste simul. In ista generatione, corporale semen

men verè & perfectè operatur id, quod præseruari debet in præseruatione ductus naturalis, i. quod ex corpore physico est, vita nempe mortalis aut physica. Sed forma præter naturam, ad hunc modum consideranda venit, vt seruetur etiam per illa quæ præter naturam sunt, i. per supernaturalia quædã arcana remedia supernaturaliter de naturalibus, in quibus delitescunt, extracta. Ad hunc modum etiam puer qui nascitur ex ea generatione, putà physica vel spagyrica, hæres est bonorum duplicium, videlicet naturæ inferioris physicorum, & essentiæ supercœlestis, quæ à natura existit iuxta præscriptum creationis, id est, quæ naturæ indita est à creatione, simulq; oboritur ab eo parente qui præter naturam est, quiq; corpus regit & gubernat. Hoc ipsum Hermes Trismegistus docet his verbis: Sic recipit vim superiorum & inferiorum, videlicet quod ex vtrisque natum, patre Sole, matreq; Luna, &c. hoc est fœtus duplex, Solis & Lunæ duplicium, vt suprà. Ex duobus itaque parentibus, ídque duplicibus, sequitur matrimonij coniunctio diuinitùs facta. Adamus enim ex creatione, id est, ex creaturis, non est assecutus vitam longam, neque ex astris, neque ex ascendentibus, quæ omnia creaturæ sunt, neque alijs rebus obnoxius factus est, intellige ante lapsum, sed ex eo quod præter naturam est, vitam habuit longam & immortalem. Quapropter medicum decet, plus ad ea intentum esse, quæ præter naturam sunt, quàm ad ea quæ secundum naturam fiunt, ab illis quandoquidem ista reguntur omnia: Deinceps præ-

destinationem, vt æquum est, calleat, quia ex ea tanquã ex fonte, scaturit monarchia quæ præter naturã est, magis quàm specificum & qualificatum, intellige medicamentum. Error maximus increbuit inter medicos, quo cõsulendum esse corpori sic statuunt, vt huic plura tribuant, quàm ipsi conueniunt, immemores interea vitæ quæ nullatenus est corporis, nisi contributitia, vel ex alieno accessoria. Exemplo sit oppressus somno, cui naturalem inesse vitam videmus, & fatum spiritum cum eo colludere vnà. Vbicunque igitur vita præsens est, etsi quandoq; sopita, vt nihil operetur, viribus suis tamen propterea non destituitur, quia videtur quasi mortua, sed corpori adhuc insita est. Itẽ in truncato capite, ictus quidem vitam lõgam aufert, at quod in corpore adhuc resultat, ingenita vita naturæ est, quæ prorsus non est obseruanda, sed ea solùm qua corpus reuiuiscit, id est, vita longa. Vita igitur longa nobis est tanquam occultus homo, qui maior suprà dictus est, insitus minori visibili & naturali, tanquam ignis ligno, quo maiore minor redintegrascit, id est, instauratur.

CAPVT V.

SEd vt magis dilucidè appareant ea, quæ de parente diximus, qui præter naturam est, & naturali, iuxta præfinitum insitus: quę causa est duplicis vitæ, ac corporis naturalis, & eius qui pręter naturam est parentis, ex quibus facilè

facilè liquet hominem duplici ſemine naſci: de his omnibus ſic breuiter habeto. Iam inde ab Adamo immutata eſt complexio vnà cum natura generationum in carne, propter importunas & intempeſtiuas operationes perſonarum in earum natura contrarię. Palàm enim eſt, neque melancholiam principiò nobis ingenitam, neque ſanguineum, neq; cholericum, neque phlegmaticum fuiſſe. Ex melancholia enim & cholera, ſimiliter ex alijs, nulla vnquam orta eſt plena cōplexio. Nam ſemine contrario ſemel confuſo, perijt vnà natiua complexio: adeò vt nemo cholericus plenè, ac perfectè dici poſsit. Quòd ſi ſola & in gradu ſuo permanſiſſet, porrò etiam apud nos præcelleret cholera. Quare medicus prorſus de quatuor complexionibus nihil ſentire debet. In Adam enim non fuerunt, multò minùs in eius prole, & nec ſimul conſiſtere poſſunt iſta quatuor inter ſe diuerſa. Præterea ſicut interueniente partu intempeſtiuo, ſingulæ complexiones corrumpuntur, & idipſum non ſine iactura liberorum (quid enim eſt complexio? parentis natura eſt, idque ſine calido vel frigido, nigro vel albo) ſic etiam in eo, quod præter naturam eſt, corpore, ſemen quoddam hæreditarium exiſtit. Etſi duo eiuſdem complexionis homines copulantur, tamen ſupernaturale ſemen, ſub quo, cùm ſapientia, tum

vita delitescit, nunquã verè coniungitur. Duplex ergo est matrimoniũ, aliud quod humana ratio persuasit, aliud quod Deus cõiunxit. Illud propriè matrimonium nõ est, nisi quatenus oculi & captus naturæ sinunt. In illo, quamuis vndecunq; dispiciat homo, quod sibi ac pueris prætexat, spiritum Dei qui ipsos copularit, requirat, honestum prætendat, nihil tamen nisi hypocrisis est. Argumento est subinde noua mutatio locorum. Hoc autem quod Deus cõiunxit, propriè matrimonium existit, & ad vitam lõgam refertur propter diuortium, quod hoc loco accidere nequit, id quod nemo, nisi interuenientib. liberis, intelligit. Propterea multi vel in vtero matris sunt sanctificati. Hi sunt quos Deus copulauit, vt eam quæ fuit Vriæ & Dauid, quamuis ex diametro (sic.n. sibi humana mens persuadebat) cum iusto & legitimo matrimonio pugnaret hoc. Quia tamẽ vterq; præter id quod naturæ erat, quasi hæreditariò vitam longam adeptus est, propter Salomonem, qui aliunde nasci nõ potuit, nisi ex Bersabea, coniuncto Dauid semine, quamuis meretrice, cõiunxit eos Deus. Adeò quicquid est præter naturã, velut naturę thesaurus est Deo cõmissus, id quod apud spagyricę artis peritos palàm est, vitęq; lõgę mirũ in modũ consentaneũ. Hæc præscribuntur in hoc, vt q̃ prætereà naturã sunt, physico plenè appareant.

EXPO-

EXPOSITIO.

Ad maiorem itaq; declarationem parentis superna turalis, naturali parenti iuxta præfinitum insiti, ex qua cõiunctione causatur duplex vita, corpus duplex, & parens duplex, videlicet naturalis, & supra naturam, vnde colligitur etiam hominem ex duplici semine nasci, de his omnib. nũc latiùs & breuibus audite. Post Adamũ complexio simul vnà cum natura generationum in carne immutata est, ob importunas & intempestiuas operationes personarum, in eiusmodi generationum natura contraria. Adami siquidem alia natura fuit, non ex carne, sed limo & spiraculo vitæ, quapropter Cain & Abel, qui non immediatè ex eisdem, ex quibus parentes nati sunt, sed ex intempestiua vel festinata fortaßis operatione generationis in carne, naturam aliter complexionatam adsecuti sunt cum sua posteritate, propter amborum parentum semina contraria, quæ semel confusa natiuam complexionem deperire faciunt. Certum est, neq; melancholiam nobis ingenitam à principio, neq; sanguineum, neq; cholericum, neq; phlegmaticum fuisse Adamum, neq; prolem eius ante lapsum esse potuisse, sed hanc eiusdem conditionis atq; naturæ, cuius et parẽs eius fuit, post adamũ lapsum tamẽ, à quo degenerauit, ab absoluta primæua perfectione, succeßione mutata est natiua cõplexio. Potest et hic loc⁹ aliter intelligi, videlicet ex separatione Euæ ab Adamo, diuersificata fuisse parentũ semina, & facta cõtraria. Quid.n. est cõplexio, nisi parẽtis natura,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

idq́; ſine calido, frigido, humido, ſicco, nigro, vel albo? Hæc omnia ſimul inter ſe contraria conſiſtere non poſſunt. Conſtant noſtra corpora quidem elementis quatuor, ſed non inter ſeſe mutuò contrarijs, alioquin in vnum conuenire nequiret. Si dicas per qualitates conuenire, nec iſtæ conueniunt ob innatam contrarietatem, quare aliud erit quod contraria concordare debet in vnum, idq́; tertium, à qualitatibus alienum. Non negamus conſtare mundum cõtrarijs ſubſtantijs, præſertim duabus, ſed conuenire per qualitates naturaliter: quin imò affirmamus per tertiam ſubſtantiam, eamq́; magneticam in vtroq; exiſtentem, potiùs ad vnum adduci, quæcunque ex vno per ſeparationem erãt facta contraria. Quare medicum, ait Paracelſus, de quatuor complexionib. nihil ſentire debere, cùm aliud in ægro conſiderare oporteat, quàm elementum, vel qualitates, in quibus nulla vita per ſe, de qua medico potiſsima cura, maiorq́;, quàm de corpore habenda eſt. Duo ſemina igitur contraria, diſsimilium etiam duorum parentum, per magneticum ſemen, tertium in vtroq; latens, conueniunt in vnũ, ad generationem tertij, alterutrius parentis complexionem ſiue naturã habentis, idemq́; ſemen & ſemina. In corpore ſupernaturali ſiquidem, ſemen hæreditariũ habetur ad vitã longam, in naturali ad breuem, & in magneticis ad ſanam vitam, vel ad generationem vtrobique conuenientiſsimum. Sub ſupernaturali ſemine, cùm ſapientia, tum vita delitescit, longa videlicet. Hoc loco ſatis apertè fatetur Paracelſus, ſupernaturale ſemen, vnà

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cum sapientia simul à Deo hominibus donum contingere: nam aliunde supernaturalia fluere nequaquam possunt. Et quamuis hæreditariam dicat sapientiã & vitam longam, non aberrat, quia non dicit eiusmodi hæreditatem obtingere nobis à naturali parēte, sed ab eo qui præter naturam est, & à Deo, per donum hæreditarij seminis supernaturalis. Nec est quòd nasutulus quispiam inferat, Paracelsum hoc loco docere animam rationalem, quam vocant, vel perpetuam ex traduce, seu hæreditariò propagari: differentia siquidem facienda est, inter vitam longam, sapientiam, & animam ex spiraculo vitæ ortam, item inter sapientiam et sapientiam: sed ista reseruanda sunt alij loco magis idoneo. Paracelsus itaq; de naturali semine docet semina duo non verè per homines coniungi, et si duo eiusdem complexionis vel consensus copulentur, quia duplex matrimonium inter homines ponit, vnum quod humana ratio persuasit, alterũ quod Deus cõiunxit. Prius propriè matrimoniũ esse negat, nisi quatenus ex oculo captuq; naturæ iudicari potest, ideo quòd et si vndecunq; dispiciat quòd sibi ac pueris prætexat, spiritum Dei qui eos copularit, requirat, honestum prætendat, nihil tamen nisi hypocrisis est, quia subinde noua mutatio locorũ, in animo videlicet suboritur. Matrimonium verò quod à Deo coniunctum est, propriè matrimonium dici potest, & ad vitam longam refertur, ideo quòd in eo diuortiũ fieri nequeat, hocipsum nemo nisi interuenientib. primùm liberis intelligit. Hac de causa multi sunt in vtero matris sanctificati, sicuti Ioãnes, Samuel, &c.

G 5 matri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

matrimoniũ Thobiæ iunioris, Iacob, sic de cæteris compluribus. Hi sunt quos Deus copulauit, vt Bersabeam, quæ fuit Vriæ et Dauid, i. cum Dauid. Hic locus resipere videtur de prædestinatione, quare mentẽ authoris ponere solũmodò statui, nihil de meo iudicio in medium adferens, at in meliorẽ partẽ interpretatus, disputabile relinquã Theologis argumentum. Matrimoniũ Bersabeæ cum Dauid existimat fuisse præuisum, ac præordinatũ apud Deũ, vt quod necessariò contigisse debuit. Et quãuis apud homines videatur ex diametro iusto et æquo repugnare, nõ est istorum de statutis æternis atq; decretis altißimi & iustißimi Dei iudicare, cur id matrimoniũ fieri hoc modo voluit vel ex peccato, & ex eo Salomonem secundogenitum nasci, dotatũ omni sapientia, & primogenitũ interire. Quod omnipotẽs Deus nouit solus, omne quod nobis malum esse videtur, in bonum conuertere. Nec propterea, quod malũ est, approbat. Quis erit ausus ferre iudicium, aut scrutari, cur Deus omnia sub Adami peccato concludere voluerit aliud, quàm scripturæ sacræ nos per Paulũ Apost. docẽt, videlicet, vt misereretur omniũ per filiũ suũ Iesum, ex Adami, regenerati tamen, succeßione natũ? His de piè et sobriè dictum sit hactenus, hoc solùm addã ex authoris mente, vtrunq; parentẽ Salomonis, hæreditariò vitam longã adeptũ esse, cum sapientia in Salomone: sed vitam breuẽ & insipientiam in primogenito. Hinc patet, quid author per vitam longã intelligat: nihil aliud sanè, præterquam rerum omniũ à Deo datã sapientiã, in qua, & cum qua, dãtur pariter omnia. Quod appa-
ret

ret manifestissimè 3.Reg.3. Quia postulasti verbũ hoc, et nõ petijsti tibi dies (ait Dominus Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorũ: sed postulasti tibi scientiã ad discernendũ iudiciũ: ecce feci tibi secundum sermones tuos. Et quãuis cum sapientia nõ petierit vitam longam, neq; multas opes, nihilominùs ea cum sapientia multa obtinuit à Domino, quia nõ prætulit illa sapientiæ. Qui sapiens est, optimè nouit si qua via vita longa sit acquirenda. Concludit author, omne quod præter naturã est, esse naturæ thesaurum Deo cõmissum: ac si diceret: Deus O.M. in natura thesaurum conclusit, quod præter naturã est, ad vitam lõgam acquirendam maximè idoneum: quod quidem arcanum spagyricæ artis periti non ignorant insitũ esse naturæ. Hinc fit, vt summis conatib. & laboribus, hunc elicere studeant à natura. In eũ finẽ ista scripsisse testatur author, vt saltem physicus cognosceret præter physicã rationem, aliud inesse naturæ scrinijs inclusum, & non naturale quidpiam, sed naturam excellẽs omnem, ipsi tamen coniunctum.

CAPVT VI.

DIuisa igitur duplici praxi, alia in physicã, alia in vitam longam, quatenus vtriusq; inciderit vsus, ex fine iudicabit physicus. De hac autem vita, quæ præter naturam est, qua de in præsentia loquimur, vidẽdum num fieri posit, vt aliqua ratione adsequamur illam in physica vita, quando extra vires, quæ secundum

cundum naturam ſunt, exiſtit, & ſub illa longæ vitæ arcana deliteſcunt. Nam hoc loco palàm fiunt impreſsiones, quæ præter naturam ſunt, vtut ſcilicet in ſupernaturalem vitam ſimul concurrunt, vtut etiam firmamentum in corpus, quod ſecundum naturam eſt, concurrit. Etſi impreſsiones ſupernaturales appareant, tamen obſcura eſt illarum cognitio. Hinc eſt cur impreſsiones ab alijs dici cœperunt, ab alijs incantationes, ab alijs ſuperſtitiones, ab alijs aliter, iuxta præſcriptum magicæ artis. Nam ex his fluit ea quæ Græcis magyria eſt, ea præter impreſsiones, quas incantationes & ſuperſtitiones appellant, aliud nihil tractat, & idipſum in corpus ſupernaturale. Quare operæpretium eſt de corpore ſupernaturali in impreſsionibus ſuis loqui. Cùm totá magiam ab Aſtronomis etiam in alienũ vſum torqueri videam, & perperam ab omnibus appellari ſuperſtitiones, & pharmaceutriam quandam. Quemadmodũ necromantiam, & nigromantiam huc omnino retulerunt, vt vtraque idololatria quædam eſſe credatur. Quæ niſi interueniat influentia, prorſus ſileſcunt. Quamuis enim quaqua verſum reſpondeãt, aut loquantur manes, tamen non niſi ea, quæ præter naturam eſt, influentia interueniat, accidit id quod perperam impoſtura Satanæ creditur, quia impoſsibile hoc ſit homini, cùm facilè
aſſequi

assequi liceat, vt in exorcismis phantasticorũ spirituum fieri videmus. Nam tota Cabalistica magia hoc in se claudit, vt palàm faciat corpus quod secundum naturam est, à corpore quod præter naturam existit, & nobis velut imago insitum, sustineri & administrari, vt diuersos & longè disitos sensus, putà Orientem & Occidentem æquales, cogitationesque incognitas, cognitas absens reddat. Quanquam difficile admodum sit cognitu his, qui huius artis Cabalisticę prorsus rudes & imperiti sũt. Cùm ab his etiã, qui hanc artem apud omnes iactauerunt, longè erratum sit, id quod translatio eorum ex Hebræo & spagyrorum canones indicant. Quare de praxi longæ vitæ concludimus in hunc modum, ex influentia supernaturali, non modò incantationes, verùm etiam imagines, & gamohoëas fluxisse. Hanc quidem philosophastri in astra firmamẽti retulerunt, & ex carbonib. cœli Martem & Iouem finxerunt, qui corpus illud, quod præter naturam est, regerent & administrarent, cùm tamen nõ sit ijs porrò potestas, nisi in res mortales, quæ prorsus nihil ad vitam longam faciunt. Quare ex supernaturalibus corporibus, non naturalibus elicienda sunt, quibus ad vitam longam vtaris. Tota enim vis illa supernaturalis magica est, & omnis magus influentiam, quæ pręter naturam est, vnà cum corpore sub

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

re ſub quo vita deliteſcit, deprehendit. Corpus, inquam, quod in ſe gerit homo, inuiſibile homini eſt, quemadmodum de generatione habetur, &c.

Expositio.

Diuidit author medicinæ praxin in duas partes, quarum altera naturalē vitam concernit, ſolùm à naturalib. petita domicilijs, imò ſupernaturalium carceribus: altera verò longam & ſupernaturalem vitam ab eiuſmodi compedibus liberam: de qua hoc loco tractare viſum eſt ei potiſsimū, ac perquirere qua ratione queat iſtam, in vita naturali, cùm extra naturales exiſtat vires, conſequi, & ſub ea longæ vitæ nihilominus arcana deliteſcant. Ex eo facilè comprehendi poſſe dicit, impreſsiones ſupernaturales in naturalem vitam quoquo modo concurrentes: & ſimiliter impreſsiones firmamenti in corpus naturale: quarum ſupernaturalium impreſsiones, etſi nonnunquam à ſuis effectibus nobis appareant, nihilominùs obſcuræ valde ſunt & earum cognitio, propter inuiſibilem ſuorum effectuum cauſam. Huc non inconcinnè referri debet, quod in admonitione quam feci ad Eraſtum, de intenſione, extenſione ab infinito in infinitum, radiorum æternorum, ad interſectionem centralis vitæ concurrentium habetur, in demonſtrationem myſterij magni, quæ quia ſatis dilucidè fuerunt ibidem enucleata, lectorem eò relega-

relegamus. Quòd eiusmodi vires, virtutes & facultates, quæ præter naturam sunt, à plærisq;, etsi maximè literatis, intelligi nequiuerunt, ab istorum nonnullis impreßiones, ab alijs incantationes, aut superstitiones appellatæ sunt, ex præscripto artis magicæ. Ex istis incantationibus & superstitionibus, fluxit magyria Græcanicorum superstitiosorum, & mendacium hominum; hæc enim aliud nihil tractat, & idipsum per impreßiones in corpus supernaturale. Cùm igitur videret Paracelsus ab Astronomis, putà Græcis, in alienum vsum totam magiam contorqueri, & perperam ab omnibus, propter abusum hunc, appellari superstitiones ceu pharmaceutriam, non secus & huc referri necromantiam, & nigromantiam, vt vtraque idololatria quædam esse credatur, & propter istas magiam veram & licitam, detestatam ab omnibus, malè audire: operæprecium fore iudicauit, de supernaturali corpore in suis impreßionib loqui, ac admonere priùs lectorem, omnes eiusmodi artes præter influentiam silere, id est, vanas & friuolas esse. Quapropter ait, quocunque modo id eueniat, vt loquantur ac respondeant manes, bonos putà, non nisi ea, quæ præter naturam est, influentia fieri: quod igitur si fiat, perperam impostura Satanæ creditur, qui nullatenus supernaturalibus & præter naturam influentijs vti potest, nec nisi ijs quæ contra naturam sunt, & contra supernaturalia. Aliud enim est dicere contra naturam & præter naturam. Et quia boni malíve manes existunt, isti facilè per abu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ſum obediunt: illi verò nequaquam, nec niſi per veram & ſupernaturalem influentiam. Tota ſiquidem Cabaliſtica magia in hoc ſolo verſatur, vt manifeſtum faciat corpus quod præter naturam eſt, à corpore naturali ſecernibile, quod quidem huic ineſt velut imago trunco philoſophiæ Paracelſicæ ad Athenienſes; & ab iſto ſuſtinetur & adminiſtratur, vt diuerſos, & longè diſsitos ſenſus, putà Orientalem & Occidentalem, hoc eſt, ab hoc ad alterum æquales, & cogitationes incognitas abſentib. reddat. Idipſum à multis prædicatum eſt, publicis editisq́ monumentis, artem quandam ſupernaturalem eſſe poſsibilem, qua quidē amicus amico centum & vltra miliaribus diſtanti, mentem indicare valeat: non tamen artem hanc docent, quæ ſatis intelligitur ab his qui ſunt ingenio mēteq́ ſincerioribus, vt ea percipiant quæ de noſtra monarchia paſsim extare videntur. Quanquam (ait Paracelſus) difficile ſit admodum cognitu, his, qui huius artis Cabaliſticæ prorſus rudes & imperiti ſunt: cùm ab his etiam erratum ſit, qui magno faſtu, hanc artem apud omnes iactauerunt, quod ipſorum tranſlationes ex Hebræo, tum experimentatorum fruſtraneorum canones teſtantur apertè. De praxi vitæ longæ concludit non ſolùm incantationes, verùm etiam imagines & gamohoëas fluxiſſe, putà per influentiam dictam, & characteriſticam. Ridet hoc loco Paracelſus philoſophaſtros, quorum, vt ſtultorum, infinitus eſt numerus ex infidelium ſcholis natus, qui Martem & Iouem ex carbonibus cœli, hoc eſt, ſtellis, qui regerent & adminiſtrarent hoc ſuper-

cœleſte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cœleste corpus præter naturam, cùm tamen ipsis nulla sit potestas in supernaturalia, nec nisi in res mortales, quæ nihil omnino faciunt ad vitam longam. Ex supernaturalibus igitur corporibus, & non ex naturalibus, necessariò elicere oportet ea, quibus ad longam vitam est opus. Nam supernaturalis virtus, vis, atq; omnis potestas, siue facultas est magica, & magus omnis, præter naturam influentiam simul vnà cum corpore, sub quo vita delitescit, deprehendit: corpus, inquam, quod in se gerit homo, inuisibile homini, hoc est, istud est, sub quo vita longa delitescit, quod magus omnis deprehendere potest ex influentia, necnon hanc in illo.

CAPVT VII.

VT autem exactè intelligas ex quibus rationib. incantationes, siue manes superstitionum consideratæ sint, & quo pacto in abusum venerint, vt nec manes dici, nec superstitiones debeant: hæc est ratio, quia à protoplasto primum ducit exordium, qui corpus supercœleste & mortale, simul in vitam suam longam coniunxit: reliqui verò, qui memorantur, item, id quod ab alijs deinceps aliquatenus subintellectum est, iuxta veram tamen rei naturam nōdum satis, vt oportebat, cognitum: Eandem enim quoque artem aggreſsi sunt, sed quia longè lateque errabant, sinistro sanè auspicio, hæc eis via penitus non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ſucceſsit. Vniuerſa namq; phantaſia, & imaginatio, principale eſt ac præcipuum in corporibus cœleſtibus. Quemadmodũ ſe corpus mortale in ſua conſeruat ſubſtantia, ſic ſupernum illud in imaginatiua. Nam quicquid ad phantaſiam attinet, ex eo dũtaxat eſt corpore, quin & corpus ipſum eſt. Vbi ſciendum, quòd quicunque eiuſmodi corpus ſupercœleſte aliquò coacturus eſt, probè cognitum habeat oportet, vt imaginationi quidem reſiſtat. Quantò enim frequentior eſt ei corpori cum mortalibus conſuetudo, tantò vertiginoſiùs (vt ſic dixerim) perniciuſq; ea corpus comitatur. Hoc ſuperarũt planè protoplaſti illi. Cæterùm poſteri illorum, cùm eius nullam habuerint ſolidam, ac perfectam cognitionem, ſemetipſos infatuarunt & ſeduxerunt, proque deliris ac ſtultis, neque id immeritò, ſunt æſtimati. Præterea etiam corpus illud ſupercœleſte, aſtris quodammodo ex igne non vſquequaque diſſimile eſt: ex quibus equidem inuiſibilibus nebula exurgit viſibilis. Sic etiam proprietas ac natura corporum eſt cœleſtium, vt ex nihilo planè imaginationem conſtituant corporalem, quod corpus eſſe ſolidum exiſtimetur. Eiuſmodi eſt Ares, vt ſi lupum ſpeculatio refe-rat, lupus appareat: Quod quidem vniuerſum ſimile eſt generationibus ex quatuor elementis, ex quibus aliquid naſcitur, quod primo

tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

tamen suo nequaquam æquale est, nihilo tamen ob id minus ipsum Ares in se gestat. Huiusmodi quidem naturam & rei ingenium, rudes illi atque imperiti ex peruersa artis persuasione toto errantes (quod aiunt) cœlo, cùm penitus ignorarent, & fundamenti, & ortus eius nescij, manes quosdam esse finxerunt, quos alij quidem fatum appellarunt, posteriores verò, incantationes & superstitiones. Ex hisce namque supercœlestibus corporibus, tam necromantia, quàm nigromantia, suam ducit originem: similiter & geomantia quoque, pyromantia, hydromantia, & ipsa denique specula. Ad hunc itaque modum & virgulta efficiuntur, & ex hac eadem virtute, se clariùs quoque vertit cribrum, & eius generis, quæ de superstitionibus continentur, innumera alia.

EXPOSITIO.

Rationes et origines incantationũ, siue manium et superstitionũ, hoc loco ponit Paracelsus, vt sciatur quẽadmodum hactenus in abusum deuenerint, vt nec manes dici, neq; superstitiones debeant. Quia (inquit) ab Adamo primo homine, primùm duxerunt exordiũ, inde videlicet, quòd supercœleste corpus, & mortale, simul in suam vitam longam coniunxerit: Alij verò qui hanc

coniunctionem facere ignorarunt, id, quod à suis prædecessorib. ea de re vix, aut aliquatenus subintellectum fuerat, nec satis vt oportuit, ex rei vera natura, cognitum per artem aggreßi sunt. Verùm quia ob ignorantiam huc atq; illuc oberrabant, infelicibus ducibus atque sinistris ducti, viam non inuenerunt, qua gradiendum erat in similibus. Quãdoquidem ignorarunt vniuersam phantasiam & imaginationem, esse præcipuũ & principale fundamentum agendi, cum corporibus cœlestibus. Huc adferre tempestiuum est, quod de meditatiua nostra philosophia, sub larua stultitiæ prælusi, in Physicis ex Genesi deductis. Si hac via non quæras vt intelligas, non video, quò te conferas tutiùs, vt in portum nauiges, ex fluctuoso quoque mari phantasiarum recolligaris. Quemadmodum (ait Paracelsus) corpus mortale se conseruat in sua substantia, non aliter supernum illud, id est, supernaturale corpus, in imaginatiua se conseruat. Inde sequitur substantiam corporis supernaturalis, imaginationem esse. Nam quicquid (idem ait) ad phãtasiam pertinet, vel ad imaginationem, est ex eo corpore, imaginationis videlicet, quin et corpus ipsum est. Hinc dilucidiùs apparere non potest, cur Paracelsus in præcedentibus corpora tribuat supercœlestibus. Quanquam & alia ratione etiam exposui, scilicet, quia imaginaria corpora cõiunguntur naturalibus ad vitam longam. Deinceps docet author, supernaturale corpus, id est, imaginarias impreßiones in animum, alioquin ob nimiam cum mortalib. frequentiã, periculosiores, cohibere, frænareq;, idq; solùm imaginatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ginationibus eiusmodi resistendo. Quapropter in istis, hoc opus, hic labor est, vt in cæteris omnibus, obseruare modum, et medium quod tenuere beati. Quantò enim frequentior est ei corpori cum mortalibus consuetudo, tantò vertiginosiùs (vt ita dixerim) perniciusq́ ea, supple corpora, corpus comitātur. Hic locus duplici via venit interpretandus, priorem audiuimus, hanc & posteriorem adhuc explicabimus ad hunc modum: Quicunque volet eiusmodi supercœleste corpus aliquo cogere, id est, aliqua re cohibere, vel ad aliquem locum relegare, probè cognitum habeat oportet, qua ratione imaginationi resistere debeat (addendum fuit) vel insistere, quod omissum per deprauationem esse videtur: indicant istæ particulæ, vertiginosiùs et perniciùs, dispendiosè magis & celeriùs videlicet. Hoc superarunt (inquit Paracelsus) id est, periculum istud euitarunt & intellexerunt primi statim ab Adamo patres, ipsi proximiores. Cæterùm posteri illorum, id est, ab eius perfectione remotiores, cùm eius rei nullam solidam, neque perfectam habuerint cognitionem, semetipsos infatuarunt, id est, vertiginosos effecerunt, & seduxerunt, proq́ deliris ac stultis nec immeritò sunt æstimati. Supercœleste corpus (ait) illud, est astris ex igne quodammodo simile, id est igneis astris, ex quibus inuisibilibus, nebula exurgit visibilis. Hic locus est admodum difficilis, præsertim ignaris, aut veræ magicæ sapientiæ initiatis. Ardentes, & ignis instar vehementes impreßiones, vocat astra ex igne, eaq́ dicit visibilem generare nebulam: qualis fortaße fuit flammeus ille

ſplendor viſibilis in equo Alexandri per furorem accenſus, & in plærisque viris animoſis, de quibus varijs locis teſtantur hiſtoriæ. Talis eſt etiam proprietas & natura corporum ſupernaturalium, vt ex nihilo planè conſtituant imaginationem corporalem, id eſt, ita viſibilem quòd corpus eſſe ſolidum exiſtimetur id quod videtur. Eiuſmodi eſt enim Ares, id eſt, alter naturæ diſpenſator, ex generibus formas ſpeciéſque producens, vt ſi lupum ſpeculatio referat, lupus appareat, id eſt, lupi forma quandoque viſibilis. Quod ad hunc modum eſt generatum, eſt ſimile generationibus ex quatuor elementis, ex quibus aliquid naſcitur, hoc eſt, idipſum refert, quamuis non ſit æquale, quia non ſolidum, nihilominus tamen eius rei naturam primam, id eſt, Ares in ſe geſtat. Eius generationis naturam (illi qui rudes & imperiti ſunt rerum occultarum, ex peruerſa artis perſuaſione, errantes, ideo quòd ignorarēt fundamentum artis veræ huius, & ortum) finxerunt quoſdam manes, alij fatum. alij incantationes & ſuperſtitiones dixerunt eſſe: ex quibus ſupercœleſtibus corporibus, nigromantiam & necromantiam ſuam deriuarunt, ſimiliter & geomantiam, pyromantiam, hydromantiā, & ſpeculorum artes, cribríque verſiones, & virgulta theſaurorum indices, ac eius generis alia multa ſuperſtitioſa. Quæ omnia, hoc loco Paracelſus, ac alijs multis, tanquam ex abuſu veræ magicæ ſapientiæ orta, ridet ac deteſtatur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAPVT VIII.

SEd vt physicus omnia habeat plenè ac perfectè, videamus exempla seniorum, qui in hoc in magia plurimũ laborarũt, vt adsequerentur vitam lõgam, & idipsum citra omnem admistionem Hermeticæ repuerascentiæ, citraque artem spagyricæ experientiæ, quæ solius est corporis. Videamus ergo ætatem Adæ & Mathusalem, qui bona pars sunt principiorum magicæ artis. Quanquam hoc vulgo persuasum est, maximam ætatem habuisse protoplastum, minimam habiturum hominem postremum: id quod efficax argumentum est in scholis eorum, nullo tamen pacto approbari debet, quemadmodum de ætate virorum habetur. Tantæ ætatis Adami causa fuit magia, ex cuius influentia semper vixit. Miseram ergo, & posteris semper deplorandam mortem Adæ, non tam propter lapsum, quàm propter scientiam, quæ vnà cum illo interijt, qui spiritum summæ vitæ, præter id quod naturæ erat, solus retinuit. Itidem de Mathusalem, qui proximus Adæ fuit, iudicandum. Quamuis alij non ignobiles viri Maiorum ætatis fuerint, vt Moyses, qui centum & viginti annos compleuit, at non pro ratione magiæ, sed potiùs physicæ vitæ, cui natura quædam valida ita fuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

coniuncta, vt istuc ætatis nullo negotio attingeret. Iterum alij complures, quorum nomina hoc loco referre longum est, id quod etiam apud nos, vt ad nostra tempora veniam, fieri videmus, & porrò etiam videbimus vsque in finem mundi. Alij qui centum & quinquaginta annos transmiserunt, secundum magiã, & non secundum naturam vixerunt. Sunt etiam qui plura transegerint sæcula, quàm pro ratione naturæ credi par sit. idq́ue adiuncta vi naturæ, quæ plenè in metallis cæterisq́ue rebus, quas minerales vocãt, existit, quæ corpus supra complexionem & qualitatem ingenitam erigit ac conseruat. Cuiusmodi est tinctura & lapis philosophorum, quod ex antimonio elicitur. Similiter quinta essentia, quẽadmodum in eorum præparationibus habetur. Hæc & complura alia spagyricæ artis arcana reperiuntur, quæ corpus senectute cõfectum pristinæ iuuentuti quaquauersum restituunt, & ab omni ægritudine liberũ reddũt, id quod huius monarchiæ peritis constat.

Expositio.

Per exempla docere conatur hoc loco Paracelsus, à senioribus vitam longam acquiri posse, dono tamẽ vnà sapientiæ, per quam innotescit arcanum hoc, idq́ue sine omni admistione cuiusuis alterius rei, vt est Hermetis repue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

repuerascentiæ inuentum, & præter omnem spagyricæ artis experientiam, quæ solùm concernit corpus. Vt ergo physicus omnia hæc planè ac perfectè habeat, videamus quinam maiores nostri laborarunt, vt vitam longam adsequerentur. Aetas Adæ & Mathusalem, ex quibus bona pars principiorum & fundamenti artis magicæ veræ, et non falsæ, resultat, satis docet ex natura solùm absq; alio supercœlesti adminiculo id non contigisse, varijs de causis, à diuersitate ætatum ex veteri testamento desumptis, quas hoc loco adducere nōdum est opus. Communis est scholarum sententia, primum hominem habuisse maximam ætatem, & postremum minimam habiturum, quod probari nequit ex ætate virorum, id est, eorum qui regulatè vixerunt, vitamq; suam inordinata ratione minimè deprauarūt, nihilominus à proportione temporum mundi, ad ætatū successiones, plurimùm fallit istorum hominum regula. Moyses enim annos centum & viginti compleuit, non pro ratione magiæ, sed potiùs physicæ vitæ: fortè quòd arcano vitæ longæ dotatus non fuerit à Domino, sicuti Adam & Mathusalem, at longè excellentiore sit ornatus olim, & feliciore vtriusq; vitæ ac officij genere. Si valere debeat scholasticum argumentum, ab Adami temporibus vel Mathusalem, ad Moysis ætatem, quæ proportio reperietur annorum inter ætates vtriusque, necessariò futura est à Moysis tēporibus, ad postrema, in quibus versari mundus videtur, ætatum intercalarium, iuxta proportiones numerorum, eadem proportio deficientiæ. Vt pariter mundo cum senescāt homi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

nes æqualiter. Numeret alius pro me, quòd friuolum esse iudicem, & magis impium hac via, vel alia quapiam Deo præscribere velle iuxta mathematicas artes, aliásve, necessitatem. Sat nobis fuerit, ex operum suorum cõtemplationibus, piam atque modestam, non confirmatam per nos, facere aliqualem coniecturam, cum admiratione, mentisq; nostræ maxima consternatione: sed pergamus. Tantæ ætatis Adami causa fuit (inquit Paracelsus) magia, ex cuius influentia semper vixit. Hanc influentiã absque scientia tribui non vult author: apparet ex eo quod sequitur videlicet. Miserã ergo, ac deplorãdam semper posteris Adæ mortem, non tam propter lapsum, quàm propter scientiam, quæ vnà cum eo interijt, qui longissimæ vitæ spiritum retinuit. Scientiam dicit interijsse, quam antea satis dilucidè influentiam vitæ longæ, docuisse primos homines cognoscere, & in vsum applicare docuit. Hunc interitum posteris Adæ magis deplorandũ, quàm eius mortem, quæ per lapsum introducta est, asserit, etenim ab eo tempore lapsus & mortis, adhuc eiusmodi scientiæ & influentiæ cognitio semper defecit, non ita tamen, vt prorsum in omnibus deleta sit, adeò, quin etiam in aliquibus, at valde paucissimis, nonnulla vestigia reliquerit. sicuti de Mathusalem, Noë, cæterisq; habetur, istos vixisse plurimos annos, ac tantos, vt per naturam fieri possibile, vix credi queat, nec nisi dono Dei peculiari, quod omnem superauit naturam. De lapsu hoc loco latiùs disputandum non est, quàm fuisse causam interitus, & mortis: de longæ vitæ spiritu, sat superq;

dictum est in præcedentibus. Multos itaque nostro tempore videmus aliquibus locis, ac videbitur in finem vsque mundi, qui centum & vltra compleuerunt, vt Moyses, annos, non per magiam, sed per physicam vitam, cui natura quædam validissima fuit adiuncta, vt ad eam ætatem nullo negotio, vel arte quapiam, attigerint. Nonnulli alij reperiuntur, qui centum et quinquaginta annos vixerunt secundum magiam, & non per naturam. Item & alij fuerunt, qui plura secula superarunt, quàm naturæ sit adscribendum, per adiectionem virium eius naturæ puræ & absolutæ (quæ rebus metallicis inest, quas minerales vocant, pariter & metallis) corpus supra omnem complexionem, qualitatem, & naturam ingenitam corroborantis. Eiusmodi facultatum est ipsa tinctura, & lapis ille philosophorum, & quod ex antimonio elicitur, similiter & quinta essentia, sicuti legitur in istorum præparationibus. Monarchia spagyricæ artis compertum habet, hæc & alia multa huius generis arcana, senectute labefactum ac deficiens corpus, vndequaque ad sanitatem instaurare, vt deinceps longo tempore liberum ac tutum reddatur ab omni ægritudine, morbiq; vitiosa causa. Notandum hoc loco de spagyris, Paracelsum aliquando loqui, tanquam de palpitantibus experimentatoribus in genere, quos nullo modo sub monarchia spagyrica vult comprehendi: potissimùm tamen spagyros vocat expertissimos artifices, quam differentiam non nisi à verbis & sententia petere est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAPVT IX.

EST insuper alia ratio longæ vitæ cõseruandæ, quam Mahumet ſecundum magiam populo ſuo conſcripſit, & multis annis donauit, neque idipſum ex Deo, ſed ex ea, quæ præter naturam eſt, influentia. Hanc praxin quia Mahumet tanquam magus imperito vulgo, non ſibi, aliquando exercuit, nomen immortalitatis meruit. Archelaus aliquot annos ſupra centum ſeipſum conſeruauit, id quod ſibi vitio verſum eſt, & inter idololatriã relatum. Ex æquo enim, cum tribus magis illis Sabęis, qui magica non naturali vi equorũ ad Bethleemitas venerunt, Cabaliſticæ artis peritus fuit: nõ ſolùm in eo quòd vitæ longæ erat, ſed eius etiam qui præter naturã intellectus. Hæc omnia ex ſupernaturali influentia, quæ corpus regit atque gubernat, fluunt. Hos magos poſtea ſunt ſecuti, qui ſe falsò hoc nomine penè diuino venditarunt, inter quos fuit Hippocrates, qui filiam ſuã, quam maluiſſet in præſenti forma perpetuò manere, extra naturalẽ influentiam in corpus ab omni natura alienum, transformauit, id quod euidens argumentum incantationis eſſe poteſt. Eodẽ modo Ierellus longam vitam retinuit, & metamorphoſi naturæ animum adiunxit. Iſtorum origo & ſcientia ſuis locis indicabũtur. Porrò

in

in præſeruatione eius, quod præter naturam eſt corporis, plærique fuerunt æquales Mathuſalem, ſed in transformationibus longè errarunt. Nam operatio eorum in phantaſticum corpus abijt, propter inſcitiam rerum phyſicalium. Quare multi ſunt, quorum vita longa in nouiſsimum vſque diem exiſtit: fiunt tamē eiuſmodi metamorphoſes citra longā vitam. Quemadmodum in lupis marinis accidere videmus eiuſdem vitæ cum reliquis lupis. Id genus animantia ſi priſtinæ formæ reſtituantur, mortalitati rurſum obnoxia fiunt. Similiter & de corpore phantaſtico iudicandum, interueniente cibo, aut hominis oſculo. Hæc omnia delticæ impreſsioni obnoxia fiūt. Priuſquam tamen in delticam impreſsionē abeunt, non adeſt mors, niſi quatenus phantaſticum corpus admixtum amittitur, id quod narcoticam formam gignit, perſeuerantem in annum ignis. Præterea vixerunt multi vitam alienam, idque iuxta præſcriptum delticæ naturæ, inter quos fuit Satyrus, qui cùm de vita laboraret, robuſtiſsimi cuiuſdam adoleſcentis, quo cum fortè aſsiſtebat, vim atq; naturam attraxiſſe dicitur, idq; per imaginationem ſic eſt conſecutus, vt ſenſus, cogitationes, denique animus ipſe in alium transferretur. Per hanc imaginationem Archaius, vniuſcuiuſq; eruditi atque prudentis hominis ſcientiam,

tiam atq; prudentiam attraxiſſe dicitur. Tanta vis animi, in quo ſupernaturalis ille vigor exiſtit, vt aliquoties ardenti, atque adeò gliſcenti concupiſcentiæ ſatisfaciat. Hinc eſt contemptus ille imaginum, & gamahæarum apud eos, qui ad internecionem vſq; hac imagine ſunt abuſi. Hinc ſunt verba illa, characteres, ſigna, formæ ac figuræ manuum, imprecationes atque orationes, quæ potiſsima ſunt cauſa incantationis, atq; adeò verborum, quæ vulgò ad vulnera, cæteroſque morbos adhiberi ſolent. Denique quicquid in hanc formā fieri poteſt, vi eius, quod præter naturam eſt corporis nobis inſiti, fit. Porrò ex his quæ præter naturam ſunt, impreſsionibus, erumpunt etiam aſtra firmamenti: Venus & Saturnus, cæteriq́ue planetæ, ita vt ea quæ præter naturam eſt, influentia, aſtra inferiora regat & gubernet. Quicquid ergo in gamahæa, & imaginationibus fit, accedētibus planetis ac ſignis, totum hoc quicquid eſt, ad ſuperiora ſigna referri debet. Quare, quæ caduca ſunt corpora, atque adeò morti obnoxia, ſupernaturali illa vi, à morte liberari facilè poſſunt. Donauerūt præterea Venus, & Saturnus, Mars atque Mercurius, in ſuperiori firmamento curſum ſuum exercentes, plæroſque mortales immortalitate, & idipſum citra vllam operam humanam, accedentibus imaginationibus. Ex quibus

bus non pauci, cùm in aquis, tum etiam in terris exiſtunt viſibiles & inuiſibiles. Quorum aliqui per delticas etiam impreſsiones eò peruenerunt, neque prorſus nymphæ: quemadmodum de generationibus animalium habetur: hactenus de his. Reliqua quæ hoc loco requiruntur, alibi in archidoxis indicabimus. Nunc ad duplicem praxin longæ vitæ, in qua, quæ ad ſpagyricum attinebunt, plenè dicentur.

EXPOSITIO.

Poſtquam longæ vitæ cōciliandæ varias rationes poſuit author noſter, easq́; licitas & non ſuperſtitioſas, deinceps ad illicitam quandam deueniens, magis recitandi gratia per diuiſionem, quàm notificandi, Mahumet (ait) conſcripſit vitæ longæ conſeruandæ modum ſecundum magiam, non ex Deo, ſed ex ea quæ præter naturam eſt influentia, id eſt, non licitam artem præſcripſit populo ſuo, ex abuſu magiæ & influentiæ quæ præter naturam eſt, quam praxin aliquandiu tāquam, i. ac ſi eſſet magus, exercuit imperito vulgo, hoc eſt, non intelligenti huiuſmodi nequā hominis vafriciem & aſtutiā, non autem ſibi hanc exercuit, id eſt, ſciuit ipſe hanc ſuam praxin ex vera magia nō procedere, quam ignorauit, ſed ex adulterina per abuſum magiæ, vel incantationes, aliaq́; damnata veneficia,

deſum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

desumptam, per quam ostentationem sibi comparauit (non meruit) ab imperito vulgo nomen immortalitalitatis. Ista dictio (meruit) in textu per traductoris negligentiam, magis eleganter, quàm pertinenter & ex autoris mente, vertere studentis, positam fuisse testantur præcedentia verba. Vult igitur Paracelsus hoc loco, & vbiq;, magiam & influentiam supercœlestem distingui, iuxta finem & vsum ad quem assumuntur, vel in licitam artem, cùm ad virtutem, aut illicitam ad vitium, quam posteriorem exercuisse dicit Mahumetem, non ex Deo influentiam præternaturalē. Nec mirandum, si magia, quæ vera sapientia est, abutātur homines vitiosi, cùm & verbum Dei sapientiarum fontem, ad pessimos & nefandos vsus indies assumant, ac aliquando execrabilia patrent opera, suos etiam execrabiles effectus consequentia, vt omnis generis veneficia sunt: non ex verbo, neq; per ipsum aliquam efficaciam sortita, sed per malam fiduciam operantum, in quorum nonnunquam, & aliorum castigationem, à Deo fieri permittuntur. Opinionem hanc in sequentibus confirmat author, cùm subiungit, Archelaum infidelem hominem, aliquot annos supra centū sibi vitam longam conseruasse, idq; sibi vitio & ad idololatriam versum esse, cùm tamen Cabalisticæ artis, non secus atque tres magi qui Christum venerant adoratum, peritus esset, nedum ad vitam longam, verùm etiam ad intellectum qui præter naturam est. Hinc patet infideles pariter & fideles artis magicæ vel cabalisticæ peritos esse posse, hac ratione quidem ex æquo (vt habetur

betur in textu) quatenus ea, quæ præter naturam est influentia, vtriq; non abutantur, sed æqualiter ad virtutem vſurpēt. Alioquin ſi quæ dictarum partium, vel altera, in ſiniſtram partem à ſupernaturali deflectet intellectu, vel influentia ſupercœleſti, ad ſuperſtitiones & incātationes, ceſſat eſſe magia, ſiue ſapiētia, ſed potius necromantia vel nigromātia dicenda eſt, vt teſtatur Paracelſus in præcedentibus, & libello ſuo de occulta Philoſophia. Cùm autem extra verbum Dei nulla ſit ſapientia, ſiue Græcanicè dicas, magia nulla, ſi quæ ſit inter mortales, eam ex Deo eſſe neceſſum eſt, aliter ſapientia dici non poteſt, quicquid apparentiam habet eius. Quis ergo contra magiam veram blaterabit ampliùs, niſi qui vitulis allatrare ſolet AEſopicus canis, & qui nihil vnquam ſapientiæ deguſtauit, nec niſi vmbratilem illam & mundanam cognouit, quæ apud cœleſtem nil niſi mera ſtultitia eſt. Quidnam poßit mentis ex vera fide diſpoſitio, pauci ſunt qui intelligunt, & longè pauciores qui ex ea ritè norunt operari ſupernaturali influentia, quæ corpus regit atque gubernat. Quanquam multi reperiuntur, qui diſpoſitionis huius cognitionem habent, verùm ob mundanas curas & ſolicitudines, quibus obruuntur, nihil operari poſſunt, quod veram ſapientiam redoleat. Magos veros nōnulli ſecuti ſunt, qui ſe falsò tales profeßi, multos ac enormes errores incurrerunt, inter quos fuit Hippocrates: hic filiam ſuam trāſmutauit in aliam formam, quam volebat, arte ſua nimirum falſa falſus, ac in talem, quæ ab omni natura eſſet aliena, imò horribilis, propter in-

cantationem, qua fuerat ad hanc rem vsus. Fuerunt & alij, qui ad vitam longam operati sunt, & ad naturæ transmutationem, qualis Ierellus extitit: harum artium originem & scientiam enarrare, suis locis pollicetur Paracelsus. Multi quidem in conseruatione corporis præter naturam existentis, ad ætatem peruenerunt ipsius Mathusalem, sed in transformationibus toto cœlo (quod aiunt) errauerunt. Nam ob ignorantiam physices veræ, quod ex suis operationibus resultauit, phantasticum fuit opus. Est & aliud vitæ longæ quoddam genus, per transmutationem citra longam vitam antea dictam, quæ in nouißimum vsque diem protendi fertur, vt in lupis marinis eiusdem conditionis cum alijs lupis naturalibus, hi tamen pristinæ formæ restituti, morti rursum, vt priùs, facti sunt obnoxij.

De phantastico similiter corpore iudicandum esse dicit, quod interueniente cibo vel osculo hominis gignitur, hoc morti non subijci, nisi per delticam impreßionem, admistione alterius corporis, phantasticum id amittatur, quod eiusmodi formam narcoticam gignit, in annum siue terminum ignis perseuerantem. Vitam etiam alienam vixisse nonnullos asserit, per delticam impreßionem, vt Syrus quidam, qui robustißimi iuuenis aßistentis naturam attraxisse fertur, cùm maximè de vita laboraret, idq; per imaginationem, vt alterius sensus, cogitationes & animus in ipsum iam deficientem senem transferrentur. Archasus non absimili modo per imaginationem,

cuiusuis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cuiusuis prudentiam & eruditionem ad se traxisse dicitur. Vis animi prægnantis illa supernaturali influentia, tantæ est efficaciæ, vt etiam ardentißimi sui desiderij aliquando compos fiat. Operæprecium hoc loco dici videtur, quídnam sit, & quotuplex influentia: nimirum attractio superiorum virtutum, cùm naturalium, tum præter naturam existentium, per mentales imaginationes in animum nostrum, quas quidem haustas retinemus vt nobiscum maneant: éstque duplex, vt naturalis, quæ per creaturam in nos deriuat, qualis est influentia cœli per firmamentum: altera verò supernaturalis videlicet, datur sine medio quouis à datore luminum. Multos dicit Paracelsus hac imagine fuisse per ignorantiam abusos, etiam ad internecionem vsque, id est, in sui perditionem, & alias imagines influentiæ naturalis contempsisse, quas Gamahæas vocant. Ab eiusmodi contemptu pariter habuisse progressum verba, characteres, signa, formas & figuras manuum, imprecationes & orationes, quæ potißima causa fuerunt incantationum & verborum, quibus ad vulnera, & alios plærique morbos, vtuntur: quæ omnia in hanc patrata formam, vi eius corporis quod præter naturam hominibus inseritur, fiunt.

Ex istis impreßionibus supernaturalibus etiam prorumpunt astra firmamenti, id est, astrales impressiones, vti Veneris, Saturni, reliquorúmque planetarum, vt præter naturam influentia, regat & gubernet astra inferiora. Quapropter omne quod in arte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Gamahæa fit, ac imaginationum accessu planetarum atq; signorum, ad superiora signa debet referri. Nam supernaturali illa vi, corpora caduca & morti obnoxia à morte quandantenus possunt liberari, ac facilè. Planetæ igitur in superiori firmamento pro diuersitate suorum cursuum, absq; vlla industria humana, plærosque mortales immortalitate quadam, accedentibus solùm imaginationibus (non sine permißione diuina putà) donarunt: quorum plurimi, & in aquis, & in terris existunt visibiles & inuisibiles: aliqui verò per delticas impreßiones hocipsum adepti sunt, qui prorsus Nymphæ non sunt, vt latiùs de generationibus animalium habetur. Cætera quæ ad hanc rem faciunt, alibi, vt in Archidoxis nostris, leguntur. Iam de praxi duplici ad longam vitam, ex spagyrica ratione dicendum erit in secundo libro.

THEO-



THEOPHRASTI PARACELSI DE VITA LONGA,

Liber ſecundus,

CAP. I.

IN ſuperiori volumine, quæ de vita longa tractauimus in genere, hîc in ſpecie tractabimus, putà ſingularem quandam medendi rationem, id quod interuenientibus arcanis ſpecificis, & id genus alijs fieri conſueuit, & extra vitam longam, vt in apoplexia, vulneribus, & id genus alijs. Integram enim, atq; adeò ſanam vitam longæ præferas neceſſe eſt, vt innoteſcat fundamentum, cui omnis valetudo vitaque longa innititur. Eſt igitur huius ſecundi libri ſtatus, ac ſumma, vt integra vita conſeruetur, ne vnquam in corruptionem erumpat. Hinc eſt cur primo loco virtus arcani, deinde natura balſami requiratur. Nã vniuſcuiuſque arcani comes eſt ſanitas. In hanc ſententiam ſubiectum vitæ longæ accipias oportet. Bifariam ergo diſtinximus librum ſecundum, aut enim firmum eſt, aut infirmum corpus. Si firmum, in eadem valetudine conſeruandum eſt: ſin infirmum, aut aliqua ratio ægritudinis in illo deliteſcit, ſingula genera vnà

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cum ſpeciebus, ad inſignem aliquem canonem medicum, quem magiſterium vocāt, reducas oportet. Ea eſt ſingularis medendi ratio, quamuis multò iuſtiore nomēclatura, ſed alia ratione vniuerſalis dici poſsit, propter ſpecies, quæ ſi ſub vnum genus congeruntur, iam non ſingularem, ſed vniuerſalem curam conficiunt. Tamen communius quiddam eſt id, quod in calce huius libelli dicetur, quod omnia genera in vnum complectitur, quemadmodum particularia ſpecies. Cuiuſmodi eſt ratio medendæ febris, quæ in ſe includit ſynocham, ephemeram, hecticam, cauſona, cæteraſque ſpecies. Similiter hydropiſeos, quæ aſciten continet, tympanitem, & hypoſarcam. Item Guttæ lethargicum, torturam, paralyſin, apoplexiam. Magis vniuerſale autem in ſe claudit Guttā, febrim, hydropiſin, cæterosque morbos vniuerſos. Eſtq; illud arcanum, quod in Archidoxis Pariſijs dedicauimus, & tinctura quæ leproſum humorem metallorum pellit, haud diſsimiliter operatur, fulgetque ad elementum redactum quaquauerſum, veluti ignis, qui quicquid corripit, conſumit. Neque enim ſpecies vllæ ſunt, neque genera vlla, quin igni corripiantur. Huc reſpexerunt ſpagyricæ artis profeſſores, qui tum demum medicamina corpori accommodanda dixerunt in ignem redacta. Per hoc enim elemen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

elementum omnis ægritudo consumi debet à quolibet medico. Quanquam aliâs de auro potabili, similiter de quinta essentia mentio fiat, tamen hîc singula ad cheiri, & ad saphiricum Anthos referemus, id quod non paucos fefellit, inter quos est Arnoldus, vnà cum æmulis suis, qui sub lunaria hoc produxerunt. Nos in hoc secundo libro singularem medendi rationem in vtraque medicina, adiunctis rationibus, quibus inuenias illud, circa morborum originem describturi sumus. Ad finem sunt adiecta cheiri, balsamum, &c. quæ tamen peritissimum huius rei lectorem requirunt.

EXPOSITIO.

Primo libro de vita longa postquam abundè satis tractauit autor, iam secundo hoc, de sana vita, vel conseruanda in sua integritate, vel de recuperanda, si qua parte deficiat, differit, idq; per specifica quædam arcana, quorum virtutes declarantur priùs, tum demum balsami natura. Vitam sanam dicit esse longæ præferendam, cùm sit fundamentum, vel subiectum vitæ longæ, cui hæc innititur. Vult etiam singula medendi genera, ad insignem curandi methodum reduci, quam vocat magisterium. Hæc medicina singularis dici potest & vniuersalis, quatenus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

species sub genus vnum concludit. Aliud est vniuersalius medendi genus in calce libelli positum, quia comprehendit in vnum omnia genera, sicuti particularia genera dicta prius, omnes suas species: vt sub vna medendi ratione comprehenduntur, synocha, ephemera, hectica, causona, ac aliæ febrium species: item sub hydropisi, aschites, tympanites, & hyposarca: sub gutta, lethargicus, tortura, paralysis, apoplexia, &c. Vniuersalius est quod dicta genera concludit, vt febrim, hydropisin, guttam & cætera genera morborum. Arcanum istud posterius, est tinctura quædam, quæ lepram à metallis pellit, postquam ad solidum elementum adductũ est, tum demum veluti ignis omnia consumit, quæ consumenda sunt, alijs omnibus, quæ fixa sunt atque necessaria, conseruatis pariter & instauratis; nulla genera morborum, nullæq; species, quæ non hoc igne corripiantur, & absumantur. Per hoc elementum, ægritudinem omnem, qui bonus est medicus, cõsumere debet, artisq; huius spagyricæ professor. Et si de auro potabili, quintaq; essentia sæpius mentio fiat, nihilominus hoc loco singula ad Cheiri, & ad sapphiricum Anthos referenda sunt, id est, ad binos illos philosophorum preciosos lapides. Hac in re plurimi decepti fuere, inprimis Arnaldus ille Villanouanus, cum æmulis suis, Lullianis videlicet, Rupecissanis, &c. qui sub lunaria hoc produxerunt. Hoc itaque secundo libro peculiarem quandam rationem curandi, in vtraque medicina physica & chirurgica, ponit author, vnà cum rationibus inueniendi medicamentum illud circa morborum originem,

nem, & sub finem adiecit Cheiri, & balsamum, peritißimis ac diligentißimis lectoribus inuestigandum.

CAP. II.

De Podagra.

TRia sunt quæ ad perfectam podagræ curam requiruntur, purgatio, apertio, deinde cura, in hanc sententiam. Principiò purgetur omnis podagricus plena ac perfecta purgatione, & idipsum arcano corallino, quo interueniente, eliciuntur fluxus podagræ, adeò vt ne locus porrò relinquatur podagræ. In hoc corallino, quod ex essentia auri est, tanta vis ac virtus inest, vt eã nisi hac purgatione à medico deprehendi impoßibile sit. Fiat ista purgandi ratio sexies aut septies pro vetustate, siue duritia, siue natura podagrę. Porrò si supersunt reliquiæ, aut podagricus alioqui infirmior est, quàm qui purgationem hanc ferre poßit, aperiatur in hunc modum: Illic vbi centrum podagræ delitescit, aperi, & idipsum interueniente alcali spirituum. Sub hanc apertionem continuò oritur tumor, subtus quem quicquid centro inseruit, confluit, & in abiectione æscpharæ erumpit. Porrò vbi fluxus podagræ desijt, tum demum integram curam, atque adeò consolidationem aggredere, scili-

cet cataplaſmatis, quæ fiunt ex mummia. Hæc ſunt quæ podagram medicantur. Quanquam liquor ex mummia temperatus, ſi morbus recens eſt, neque induruerit, citra apertionem etiam curet, vi tamen natiua potiùs hoc fit, vt per ſpecificam naturam. Tertia ratio medendæ podagræ eſt, per mummiam reductam in vltimam materiam alcaliſatam & liquorem de mummia, in hanc ſententiam: Indies podagricos artus inunge, idque ad ſeptem vel octo hebdomadas, pro ratione ac natura podagræ. Triplex iſta medendi ratio, quicquid mutilum, quicquid denique mancum eſt, priſtinæ ſanitati reſtituit. Noua hæc eſt, certò ſcio, pellendi morbi ratio, maximè apud inſulſos & medicos indoctos, & contra canones eorum, vt iſti cauillantur, qui de medica profeſsione præter inanem titulum, cæterum nihil prorſus reportauerunt.

EXPOSITIO.

Sub triplici cura podagram comprehēdit, quarum prima eſt phyſica, reliquæ duæ chirurgicæ. Falsò nonnulli arcanum corallinum ex corallis interpretantur, cùm author ipſemet ſubdat hoc eſſe ex ſubſtantia auri, tractum ſcilicet. Aliud enim eſt dicere apud Paracelſum, arcanum corallinum, item aliud arcanum corallorum, corallatum item aliud: quæ ſingula collegi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

antea in flosculos practicos ex libris Paracelsi, paßim dispersos. Reliquias podagræ post purgationem, si quæ supersint, per apertionem chirurgicam, applicatis alcalibus, i. salibus spirituũ, hoc est, spiritualiũ cauterisantium amouebis. Centrũ intelligit emunctoriũ locũ. Post fluxum, eoq; cessante consolidationem fieri vult vnguentis mummiatis, non ex mumia transmarina, sed recenti, quarum differẽtiam innuere velle videtur paßim in omnibus suis scriptis per duplex m. Mercurio mummiæ temperato, recentem curari podagram vult, præter apertionem. Tertiam rationem eius curæ, per mummiã videlicet, fieri dicit per liquorem, siue mercurium et sal mummiæ, inunctione per septem vel octo hebdomadas. Nouam hanc rationem medendi podagræ apud insulsos infidelium scholæ medicos, & indoctos, qui de suis studiis in medicina præter inanem titulum nihil prorsus reportarunt, futuram esse dicit ac scit, quia contra canones ipsorum est, videlicet podagram esse curabilem.

CAP. III.

De Gutta.

AD propellẽdas ægritudines quæ oriuntur ex Gutta & specieb. Guttę, cuiusmodi sũt morbus lethargicus, paralysis linguæ, mẽbrorum, apoplexia, oris tortura, & aliæ species, requiritur cura generalis. Nã in his omnib. nihil aliud præter vim naturæ considerari oportet. Neque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Neque purgatio, neq; ſimplex confortatiua, neque vnctio, neque aliud quicquam, in quo tantoperè laborauerunt Valeſcus de Taranta, tum etiam ij, qui ante Valeſcum fuerunt. Principiò igitur obſeruandum, in qua valetudine naturæ vis illa, qua guttæ cõſultum volumus, reperiatur. Priuſquam tamen ad illa perueniamus, ſciendum guttam, quod ad quantitatem attinet, non plus ſcrupulum vnum in ſe cõtinere, apoplexiam ad ſcrupulum vnum non aſcendere. Nihil igitur eſt quod obſeruemus tam prolixos Auicennæ canones, cùm paucam admodum ſubſtantiam in ſe habeat morbus. Neque fieri potis eſt, vt illis loca atq; dolores cõprehendantur. Quare ad hunc modum adornari debet confortatiua, quę ſcilicet naturã expellat, & ex ſui natura vincat. Quoties enim gutta cannas in pulmone præfocat, toties apoplexia vnà cum præfocatione continuò ſequitur, quam non niſi arcana tollunt. Hinc ſatis liquere puto, vel tãtillum in re medica myſterij pluris fieri, quàm vniuerſas Auicẽnæ formas, quàm vniuerſum myropolium, quàm vtraq; lumina & præpoſitum, vnà cum inſigni experientia, quam Theſaurus præſcribit, quibus penè vniuerſo orbi illuſum eſt, ſed vt redeamus ad arcana. Duplex eſt arcanum, aliud vitriolatum, aliud mercurius auri, quẽ vulgus Salenenſium medicorum Aurum potabile

tabile falsò appellat, adducti opinione Hermetis, quam suæ ignorantiæ prætexunt, adeò vt horizontem pro auro potabili acciperent, egregij scilicet homines, qui Hermetem ex eorum inscitia iudicant. Cætera arcana extrinsecus vsurpanda, cuiusmodi sunt, balsamum, aloës, myrobalanorum, chebulorum, belliricorum, indorum, &c. in nucha sunt administranda. Hæc sunt quæ Arnoldini, & Rupecissani nunquam sunt assecuti, qui in additione extractionis elementorum, quæ nulla sunt, frustra sæpius laborarunt. Qui ergo in hac re medicus insignis esse studeat, animum ad separationem spagyrorum adiungat, idq; propter extractioné mysteriorum. Alioquin fieri nequit, vt consulatur tum paralysi, tum speciebus quæ sunt de gutta. In hanc sententiam propelle contractionem. Nam vtrunq; morbũ vi quadã sanari necesse est. Dosis vitriolati grana tria, dosis horizontis grana quatuor.

EXPOSITIO.

Guttam per generale quoddam curari docet medicamentum, in omnibus speciebus eius, & non per communia hactenus ex scholis vsurpata remedia, quæ asserit prorsum inutilia. Cùm enim paruam quantitatem vitiosæ materiæ dicat, ex qua oriuntur gutta & apoplexia, non esse medicamenti pariter quantitatem existi-

existimandam, sed vim atque solam curandi facultatem. Item oriri apoplexiam ex Gutta, quoties hæc pulmonis cannas præfocat, & non nisi arcanis vtrumque tolli affirmat. Arcanum duplex ponit, vitriolatum, & Mercurium auri, quo morbi dicti potissimùm curari possunt, non purgando vitium, at solùm eius naturam vincendo & expellendo. Aliud medendi genus ponit in eiusmodi morbis, at externè applicandum, vt balsamum, aloës, myrobalani, chebuli, belliriçi, Indi, in arcana sua redacta, idq; ad nucham. Hoc ignorarunt arcanum & ipsi, qui Villanouanum, & Rupecissam in elementorum extractionibus secuti sunt. Mirabuntur etiam Galenistæ ea quæ ipsi docent intrinsecus administranda, contrà iam extrinsecus applicari, quid mirum, cùm de balsamita natura nihil vnquam degustarunt? Quapropter docet author hoc loco, vt plærisque alijs, insigni probatoq; medico necessariam esse spagyricam, non elementorum quidem, sed mysteriorum duntaxat extractionem, præter quam impoßibilem esse dicit paralysis, tum specierum Guttæ, necnon contractionum curationem. Hos enim morbos vi naturæ curari oportet. Nec duplicis arcani intrinsecus adhibendi quantitatis proportionem, quam dosin vocant, ignorari vult, sed vitriolati grana tria, & auri mercuriati vel Horizontis grana quatuor, non vult excedere. Præparationem eiusmodi arcanorum reperies, vbi ex eius libris tibi singulas collegi formulas, cùm in Praxi, tum in Fasciculo præparationum libellis, &c.

CAP.

CAP. IIII.

De Lepra.

SIngulæ ſpecies lepræ, leonina videlicet, elephantia, alopecia, tyria, morphœa, & vndimia, ad eãdem medendi rationem, quæ eſt per regenerationem, referũtur. Omnis enim lepra frigidior exiſtit natura atque præpinguior: neque fieri poteſt, vt vnquam cum medicaminibus concilietur. Quod enim eſt oleum ad aquã, hoc idẽ eſt medicina ad leprã: quare plenam atque perfectam curam aggrediamur oportet, propter præparationem regenerationis, & idipſum iuxta præſcriptum ſpagyricæ tincturæ, in hunc modum: Principiò mundanda ſunt metalla leproſorum interueniente tinctura, in qua duplex tinctura, & duplex lepra deliteſcit, rubea ſcilicet & alba, hanc lunarem, & illam ſolarem appellant ſpagyrici: prior ex tinctura ſolis, poſterior ex tinctura lunæ accipitur: Hîc non puto operæprecium eſſe obſeruari ea, quæ veteres de origine lepræ ſcripſerunt, cùm eadem praxis adferat. Quare hoc loco ſpagyricè agendum eſt, neque prorſus obſeruandum, quæ de origine lepræ à veteribus ſcripta ſunt. Porrò qui velit ſpagyricè conſulere lepræ, videat ne cum his qui mercurium ſolis, quem plæriq; ſpagyrorum materiã primam appellant, aurũ potabile

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

bile falsò crediderunt, aberret. Quibus imposuit euentus, quemadmodum Archelaus habet: nos autem hoc loco asserimus rubeam lepram à mercurio solis, albam à mercurio lunę sanari. Hoc opus, hic labor est, vt mercurium exactè conficias. Postremò etsi mercurius ad tingenda metalla non prorsus sufficeret, valeret tamen in corpore, vt illud sanitati restitueret. Sunt præterea alia quædam arcana, quorũ alibi de vita longa fit mentio, quæ lepram ex æquo tollunt.

EXPOSITIO.

Causam hoc loco ponit author, cur lepra communibus, & hactenus à scholis medicorum medicaminibus excogitatis curari nequeat, quia (inquit) frigida & maximè pinguis, quo fit, vt eiusmodi pinguedo non magis cum dictis medicamentis conueniat, quàm olei pinguedo cum aqua: huic enim illud supernatare semper conspicimus, & nunquam permisceri. Non magis itaque lepra medicamentum eiusmodi recipit, quàm oleũ aquam, at superat, vt istam illud supprimit, alta petẽs ad superficiem latum. Quapropter nõ expulsionis, aut humorum purgationis via gradiendum esse dicit, sed regenerationis totius corporis, vel (vt ipse loquitur) metallorum leprosorũ, in corpore leproso existentium. Lepræ tincturam duplicem ponit, rubeam & albam, duplex medicamentum pariter, rubeam tincturam

solis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

solis, id est, auri, & albam tincturam lunæ, id est, argenti. Metalla leprosorum sunt aurum & argentum sordida, propter tincturæ veræ defectum, id est, balsami naturæ, & ob falsæ tincturæ introductionem, id est, corruptionis. Hinc videre est spagyricos in humanis corporibus ponere metalla, cùm pura, tum impura: & hæc illis regenerari posse. Non vult obseruari, quicquid à veteribus hactenus de origine lepræ scriptum est, solùm vt spagyricè curetur. Verùm admonet eos, qui curam hanc volent aggredi, vt prospiciant ac videant, ne seducantur ab ijs, qui mercurium solis vel tincturam existimant esse aurum potabile, cùm falsò idipsum iudicent. Maximam ponit Paracelsus inter hæc duo differentiam, ac talem. Potest (inquit alicubi) aurum potabile rursum in corpus solidum ignis ministerio reduci, quod nunquam ex oleo tincturaq́ fiet auri, vel ex eius mercurio. Recordor communis cuiusdam obiectionis Galenistarum aduersus spagyricos factæ. Duriora sunt metalla (inquiunt) præsertim quæ perfecta sunt, ex quibus potißimùm sua volunt elici spagyri medicamina, quàm vt igne quouis euinci queant, quantò minùs ab humano stomacho digeri, quapropter noxia magis, quàm proficua. His respondetur, idq́ breuibus. Discite Galenistæ, extra scholas infidelium, occultum ignem, carneis et sensualibus oculis non perceptibilem, cognoscere priùs, tum demum cum spagyricis contendere præsumite vel tacete. Nam igni spagyrico vobis ignotißimo, non magis aurum resistere potest, quàm Guaiacũ lignum sanctum vestrum igni focario, nec id

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ipsum crudum adhibetis patientibus, neq; etiam igne vestro præparare nostis aliter, quàm ancillæ solent offas in suis coquinis. Mercuriorum solis & lunæ præparatio talis non est, qualis apud rudes & ignaros artis existimatur spagyricæ. Non enim ad medicinam indiget forma mercurij vulgaris: ad metalla tingenda hoc loco non vsurpatur mercurius, de quo iam loquitur Paracelsus, imò cōtrà docet eum, qui ad eiusmodi metallorum tincturam est inutilis, ad sanitatem humani valere corporis. Præparationem hanc reperies in Chirurgia magna positam à Paracelso dilucidiùs, quàm sit opus huc adducere.

CAP. V.

De Epilepsia.

PLena atq; adeò perfecta medendæ Epilepsiæ ratio bifariam fit, neq; idipsum sine peritissimo huius rei viro, propter arcana & praxin chirurgicam, quæ Epilepsiæ inseruiūt. Principiò deprehenduntur arduę quędā atq; adeò supernaturales essentiæ, idq; per præparationē, vt in vitriolo, camphora, spodio, monocerote, & id genus alijs, quæ citra hunc captum subtiliter, nullo pacto eò redigi possūt: Maximè verò bona pars in narcoticis, & quædam alia, quæ extra naturam & essentiam supra naturalem influētiam, in paroxysmo epileptico vim suā exercent ac habēt: cuiusmodi esse

esse potest pęonia, sanguis, vnà cum mẽbris in quib. oritur morbus. Hæc omnia, vtut sunt, cu rantur ad hunc modum, partim iuxta physicã rationẽ, partim iuxta chirurgicã, neq; idipsũ sine subtili captu spagyrorũ. Quod ad chirurgiã attinet, duplex ratio est, prior ad præparandum emunctoriũ caducũ, secũdũ ad eliciendum humorẽ epilepticum pertinet in hãc sententiã: Aperi craniũ idoneis ad id instrumentis, vti cenigdamis: deinde argenteã cannam suo loco impositam consolida, vitæq; pristinæ restitue. Iam omnis morbus caduc⁹ eiusmodi emunctorio adornatus in paroxysmum abire nequit. Hæc de priore via, nunc ad posteriorẽ. Resolue membrum epilepsia corruptũ, aut superiorem partẽ membri, putà ligamẽta, arterias in circuitu, idq; corrosiuo narcotico, sale corrodente citra dolorem vsq; ad ossa. Deinde rursus cõsolida: nascuntur cõtinuò ligamenta narcotica, arteriæ, denique caro ipsa, quæ porrò non sinunt morbum in paroxysmũ erumpi. Hactenus de ratione chirurgica, nunc ad physicam: Recipe oleum vitrioli correctum & aurificatum, vel per phlegma forma circulari temperatum, vel per oleum rubeum siue viride, quod sub colcothar delitescit: vtrunq; liberat à morbo caduco, idq; præter eam ætatem, quam Hippocrates pręscribit. Atque hinc colligitur Hippocratem vnà cum interpretibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ſuis non ſatis intellexiſſe ea quæ epilepſiam pellunt. Porrò inuncta pars mercurialis balſamo, quod eſt de hederibus, idque poſt paroxy mum, ſimiliter morbum pellit. Præterea inunctum occiput balſamo eleni, & idipſum in vehementiſsimo paroxyſmo, morbum ex æquo ſanat. Sunt inſuper alia, quæ huic morbo non parum conferunt, vt arcanum ſanguinis cæteraque membra, ſed illa, quia quædam ſunt quæ deſiderantur, prȩteribimus, & in his ſolùm, quæ prima ac optima ſunt, immorabimur.

EXPOSITIO.

Epilepſiam ponit curabilem, contra canones ſcholarum medicinæ Galenicæ & Hippocraticæ, at per huius rei peritiſſimum virum, qui ſciat arcana probè, ac praxin chirurgicam atque phyſicam, & quæ curæ huic neceſſaria ſunt peculiariter. Supernaturalibus eſſentijs ob ipſam præparationem ita vocatis, idipſum fieri docet, quarū bona pars in narcoticis exiſtit, alia quædam, non vi ſua naturali, ſed ea, quam habent ſupra naturalem influentiam, contra paroxyſmum operantur, qualia ſunt in peonia, in ſanguine & in membris, in quibus latet morbus, vt in cranio, cæteriſq́ꝫ. Hinc patet, in rebus naturalibus aliud quidpiā latere, quàm ea quæ naturalia ſunt, id eſt, ex influentia firmamenti in elementa. Hunc locum intelligere qui volet, eò ſe

confe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

conferat, vbi de Philosophia ad Athenienses habetur, omne transiturum naturale, de permansuro nonnihil, aut plurimùm in se continere, quo sustentatur in esse quod est. Ingenio præditis hæc sufficiant: nec alijs defecisse volumus, quin & hoc addamus, summa ope laboreq; niti oportere, vt subtilis eiusmodi spiritus, arte & ingenio liberetur è carceribus, cum suo vehiculo tamē, quibus detinetur, nō secus quàm lux à tenebris. Chirurgicam curam præponit physicæ, ad parandū emunctorium, in exitum epileptici spiritus, à physicis arcanis postmodum expulsi. Chirurgum docet hoc loco, duplicem obseruare muneris & officij sui rationem, in aperiēdo cranium, suis ad hoc requisitis siue trappanantibus, vt vocant, aut alijs instrumentis. Nemo peritus artis huius ignorare potest, priùs esse nudādum os cranij: hocipsum præterit, artificis industriæ relinquēs, nō enim initiatis conuenit istud opus. Imponi cannam argenteam (auream quiuis laudabit magis) aperto loco vult, et postea consolidari vulnus ac pristinæ vitæ restitui, membrum sauciatum videlicet. Præposterus hic ordo mihi videtur, vt post consolidationem iterum aperiatur membrum, sed inuersus ad hunc modum, fortasse per interpretis inaduertentiam, vel paucam artis notitiam, vt quæ posterior ponitur via, prior esse debeat ad nudandum os, resolutis ligamentis & arterijs in circuitu, per corrosiua narcotica, salta scilicet corrodentia sine dolore, vsque ad ossa. Quo facto nudatum cranium aperiri potest. Ad hunc modum absque dolore fiunt omnia, nam & ossa per se insensata sunt, vel non

 sentiunt,

ſentiunt, & narcotica indormiſcunt, &c. Hanc eius *loci reſtitutionem boni conſulere lector poteris, vel hac de re melius quid adſerre iuſtæ correctioni libenter me ſubmittam. Ad phyſicam vſurpari vult oleum vitrioli correctum & aurificatum, id eſt, depuratum poſt primam extractionem, aliàs rectificatum ſcribunt: aut phlegma temperatũ forma circulari, hoc eſt, ſpiritum eius per operationem, quam circulatoriam vocant, in ſubtilem penetratiuamq́ ſubſtantiam redactum: vel oleum rubeum, ſiue viride, ex vitrioli colcothare tractum, iubet aſſumi. Aurificatio poteſt etiam olei dicti fieri per diſſolutionem auri in eo, iuxta præſcriptũ artis ſpagyricæ ſatis vulgatum. Vtroque rubeo vel viridi, quod ſub colcothare latet vitrioli, vim ineſſe liberandi patientem aſſerit à caduco, contra ſententiam Hippocratis, qui poſt aliquot annos à prima correptione, caducum incurabilem poſuit. Alia duo ponit arcana balſami artificiati, alterum ex hederibus tractum, quo pars mercurialis eiuſdem membri, in quo morbus oritur, inuncta pellitur caducus, idq́ poſt paroxyſmum: Verùm in vehementi iam paroxyſmo vngendum eſſe ait occiput altero balſamo, eleni videlicet, eaq́ inunctione curari & ſanari patientem ex æquo, id eſt, præcisè ac abſolutè, ſine reliquijs morbi. Poſteriori hoc loco videtur exponere per occiput, quid per mercurialem partem intelligat in cerebro, videlicet mediam eius regionem, in qua viget ratiocinatio, ſicuti in anteriore intellectus, & in poſteriore memoria. Cæterùm quæ ad præparationem eiuſmodi, cùm arcanorũ, tum*

balſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

balſamorum attinent, paßim in omnibus Paracelſi libris inueniuntur, quæ etiam pro maxima parte in ſtudioſorum gratiam collegi bis, in praxi videlicet, ac in faſciculo remediorum.

CAP. VI.

De Febribus.

DE febribus breuiter ſic habeto. Principiò fiat purgatio febrilis, deinde cura ſpecifica, & minutio cauſalis, ita vt diaceltateſſon præcedat ſecundũ medicamen. Nam hac purgatione pellitur omnis febris in materia peccante. Porrò ſi non dilatatur morbus, iam neque cura, neq; minutio requiritur. Plerunque enim diaceltateſſon integram curam complectitur. Sin in membra ſpargitur, ſequitur continuò opopyron Laudani, id quod febrim vnà cum dilatatione propellit. Minutio aũt, ſiue ſaluatellæ, ſiue cephalicæ, ſiue ea quę per ſpinam dorſi fieri conſueuit, materiã peccantem in ſanguine, idq; intra cutem & carnem tollit: quare hoc loco tria ſunt, quæ ſub vná medendi rationem clauduntur, ſingula per ſe perfecta. Poſtremò ne plus minúsve, quàm par eſt, adhibeat medicus, diligẽter obſeruet quid dilatatũ. Nolim quenquã hoc loco deterreãt canones medicorũ, qui à nobis diſſentiunt: neq;

enim id permagni referre arbitror. Et quotũquenq; reperias eruditum medicum, qui his canonibus immoritur?

Expositio.

Tria ponit febrium remedia, singula per se perfecta, quorum primum vult praecedere secundum, tanquam generale specificum: tertium vult esse minutionem causalem, id est, sanguinis aut liquoris causantis febrim. Diaceltatesson, vt infrà Laudanum, sunt medicamenta quaedam medicinae spagyricae, à Paracelso ordinata potißimùm ad febres, quorum descriptiones habentur in libris eiusdem. Per diaceltatesson solùm, nonnunquam febrim curari, praesertim vbi per mẽbra non sparg...,ait, alioquin opus esse alio validiori medicamento, quod opopyron vocat laudani, quo febris et eius dilatatio pellitur. Huius descriptionem reperies in libris Paracelsi. Verùm quia fuit à multis saepius falsificata, nõ appono, donec integram & genuinam habere licebit. Minutionem loco tertio ponit sanguinis, vbi materia peccans ibidem cõstiterit: curas tres in vnam conuenientes, id est, tribus simul vti poterit medicus in vnius febris curatione semel fienda, si videbitur expedire, si minùs ipsarum aliqua peculiari, quae magis idonea. Maximè tamen obseruari vult à medico, quid sit dilatatum, & non, vt ex aequo medicamentum adhibeat, praeter excessum vel defectum iustae quantitatis, quam dosin appellant. Scholarum neglectis canonibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

nibus, à suis dissentientibus, vult medicum vti sano & maturo, necnon ex veræ medicinæ sciētia peritiaq; deprompto consilio, & non statim vel Galeni, vel Hippocratis, ob authoritatis apparentiam, subscribere placitis, at suo patienti medicum esse naturam & experientiam sinat. Nam plurimos dicit, vt etiam indies apparet, medicos eruditos per eiusmodi scholarum canones occubuisse: quid obstabit igitur quin & ipsorū patientes his immoriantur?

CAP. VII.

De Apostematibus.

PRincipiò de apostematibus obseruabis duplicia esse apparata. Quædam sunt quæ vnà cum paraxysmo mortem inducunt. In his plurimùm laborarunt medici, dum imponerent hominibus. Miseram ac credulam nationem mortalium, tam apertis nugamētis, quæ de epidemijs, & id genus alijs apparatibus annotata sunt, passa est se circunueniri! Alia sunt quæ paroxysmum citra mortem adferunt, ea medicinæ subijcimus. Vtraq; in Antrace concurrunt, similiter in sapphiro, in carbunculo, in pleuresi, in peste, in bubone, & alijs compluribus. In quibusdā nulla mors inest, vt in cancro, & id genus alijs apostematis, quæ in mā-mis mulierum sunt. In his omnibus sequitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cura in hanc ſentētiam: Præter ſonath, cui virtus expulſiua ineſt, cæterum nihil recipe. Huius enim virtute ac vi, ſingula aperta pelluntur. Hoc reſoluit, mitigat, denique expellit aperta ex corde. Vna ergo adſit oportet chirurgica praxis, interuenientibus maturatiuis, quibus in emunctorium redigas apoſtema. Maturatiua autē cum attractiuis ita ſint coniuncta, vt expulſiuum attractiuum ſequatur. Directo igitur ſonath in virtutem ſuam expulſiuam, ſequitur thyriaca, ſub qua deliteſcit arcanum in omni veneno vſurpandum. Reliqua experimenta vndecunque corroſa, relegamus ad eos, qui ſeſe paſsim apud omnes homines venditāt, & in hoc ſolùm incumbunt, vt gloriolam aliquam per fas & nefas ſibi aucupentur.

EXPOSITIO.

Apoſtematum genus in duo genera diuidit: alterum ait cum paroxyſmo, vel correptione, mortē inferre correptis, qualia ſunt epidemiarum, & peſtis, in quibus deplorat cæcorum patientum miſeriam, qui tam ſtupidè ſe permiſerunt à perfidis & ignaris ſeduci medicis, ac iſtorum perdi nugamētis, quæ paßim ab ipſis adhuc relicta leguntur: alterum quod citra mortem infert paroxyſmum, idq; medicinæ ſubijci, hoc eſt, medicabile magis, quàm prius poſitum, etſi in hoc non ſit deſperandum:

dum: in omnibus enim curam aßignat infra. Ex duobus præcedentibus generibus tertium narrat vtriusq; naturam habens, vt anthracis, sapphiri, carbunculi, pleuritis, pestis, bubonis, ac aliorum id genus: Quartum deinceps ponit, quod morti per se non est obnoxium, nisi fortè fortuna per accidens, vt cancer in mammis mulierum, & alia huius generis. Generalem omnium istorum curam esse vult sonath, ob admirandam eius in expellendo virtutem, resoluendo, & mitigando, quæ tamen aperta sunt, per chirurgica maturatiua emunctorium, id est, exitum, efficientia. Hinc luce clariùs patet sonath intrinsecus administrãdam esse: testatur particula textus (adsit, inquit, chirurgica praxis) physicæ videlicet adiuncta, similiter quod sequitur (maturatiua esse attractiuis coniungenda) intelligito in emplastrum vnum, quod præcedere vult, & inde post hoc, sequi expulsiuum per sonath. Hoc postremum, sonath videlicet, subsequi vult postea thyriacam, ad venenum vnà per virtutem sonath expellendum. Attrahit enim thyriaca venenum, & coniuncta sonath in corpore vel eius natura, committit propulsandum. Hactenus ignorarunt plurimi, cùm Paracelsici, tum alij, quid per sonath intelligẽdum sit, ego nihil horum, quæ ex Paracelso data sunt intelligere, mihi, nec alijs inuidens, detexi aliàs, quod nunc etiã recensere datur occasio. Hic modus est vnus cõtegẽdi indignis hominib. arcana, quẽ docet Trithemius in sua Polygraphia, per trãspositionẽ literarũ, vt idem sit sonath, quod anthos, de quo et infrà satis ampla fit mẽtio. Restat vt declaremus

mus Thyriacam, & non pro ſcholarum præcepto Theriacam eſſe poſitam in textu. Vult enim Paracelſus, iuxta veterem eiuſmodi compoſitionem, ingredi ſerpentem Thyrum nam à multis prætermittitur aſſumpta vipera, ſtynco, & id genus alijs. Anthos vel Sonath compoſitionem ex auro in libris Paracelſi require, ibidem apertiſſimè deſcriptam reperies.

CAP. VIII.

De Hydropiſi.

DVo ſunt quę ad curandam hydropiſin requiruntur: ſpecifica purgationis, & ſpecifica tumoris. Elice principiò eſſentiam ex Alandahal vnà cum compoſito: Deinde cõfunde cum aquila præcipitata, porrò adminiſtra purgationem pro ratione morbi, & idipſum tantiſper dum abijt morbi origo. Interim adminiſtra etiam indies eſſentiã tartari, vitrioli, & diacubebe. Sub hæc adorna cataplaſma ex Rebis columbarum in aceto roſaceo. Deinde impone, dum prorſus conſumatur morbus. Poſt hæc inſequitur ſummum ſpecificum ſpiritus vitæ ex auro extractus, quo aliquandiu etiam vti licebit. Energia enim atque adeò vi naturæ ſanari vult hydrops, quæ tum demum inquiritur, cùm iam cauſa morbi deſijt. Varia ac multa ſunt huius morbi ſpecifica, quorum maxima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

maxima pars hoc loco à nobis est annotata, quæ super hac re empirici in mediũ adferunt: credo nemini non esse manifestum.

EXPOSITIO.

Duabus specificis vijs hydropem curari docet potissimùm: priori purgationem tribuit, posteriori verò tumoris ablationem. Purgari vult per essentiam tractam ex colocynthide, vnà cum cõposito, id est, corpore, eam confundi cum aquila præcipitata ex auro, i. auri mercurio. Hoc medicamento administrato iuxta morbi proportionem, idq́; sæpius expurgari morbi causam dicit, interueniente etiam administratione indies essentiarum tartari, vitrioli, et diacubebe. Deinceps ad specificum tumoris deueniens, cataplasma vult, ex fimo columbarum in aceto rosaceo madefacto, fieri, ac ad tumorem tãtisper applicari, donec abeat. Nec dum his contentus, curam confirmari vult per naturæ corroborationem, idq́; statim ablata morbi causa, factam, per spiritum vitæ tractum ex auro, quem summũ specificũ nominat, eumq́; prius Anthos vel Sonath vocauerat.

CAP. IX.

De Dissolutis.

IN dissolutis verò, summum atque adeò excellentisimum medicamen in auro est, & in

in Laudano perlato. Primũ verò ac summum notabile apud medicos, veros puto, de confortatiuis esse debet. His enim indiget natura in hoc morbo, quibus porrò subsequatur cõstrictiuum. Nam per hunc modũ eiusmodi morbus, siue hyposarca, icteritia, seu ascite, expellitur. Descriptionem autem in confortatiuis talem habeto. Ex auro non planato fit, nec permisto re alia incongrua, fitque per athanar & rubellam, cum administratione rubeæ essentiæ. Dosis ex tribus guttis componitur, vel secundum dispositionem subiecti. Ex hoc auro omnes dysenteriæ species, ictericię, diarrhœæ, atq; alij fluxus ventris, vel mineralium, iuxta ritum medicum optimè curantur. Sed cura ex constrictiuis talis est. Recipe olei Martis ex croco drachmam vnã, Laudani scrupulum semis, thyriacæ drachmam vnam semis, mummiæ scrupulum vnum semis, fiat bolus. drachma semis est dosis. Hanc obserua regulam in omnibus dissolutis cõfortatiuum esse administrandum: Quia in principijs & cacetia summa deliberatio: aliàs per constrictiua, in secundam generationẽ alterius morbi abit.

EXPOSITIO.

Aurum docet esse præstantissimum in morbis dissolutis, ob eius vim, quam habet in confortanda natura, propter

propter cuius debilitationẽ dicti morbi sumunt originem. Ablata igitur causa per confortationem, & non prius, vtẽdum esse dicit constrictiuis, alioquin alterius inde morbi generatio sequitur. Confortantis itaq; medicamenti formulam ex auro non planato, id est, non malleato vel foliato, neque re incongrua permisto, sed bene conuenienti aperto, siue corrupto fit per athanar, id est, per furnum secretum digestorium, & per rubellam, hoc est, per essentiam spiritalem extrahentem, vt sua solutoria, tincturam rubeam: cum administratione rubeæ essentiæ, putà per rubellam, vt narratum est, extractæ. Constrictiuam curam inde pòst fiendam, à confortatione, ponit ex oleo tracto de croco ferri, cæterisq; ibidem positis, per se notis. Præparationes omnium habes in Chirurgia magna Paracelsi, & plærisque alijs libris eiusdem.

CAP. X.

De Vermibus.

GEnera quoque vermium quocunq; modo nata, vel ex spermate infuso, vel alieno, siue spermatis resoluti, siue putrefacti, siue trãsuersi in suis regionibus, aut ex re minerali putrefacta, vel chymo, aut eiusmodi, etiã qui vermes de matricis natura sunt: Omniũ horũ cura, res debet esse specifica, nequaquã naturalis,

ralis, idque in hunc modum. Recipe porosi, mandennæ ana manipulum vnum, liquefacito in bitumine, & super fundum emũctorij huius generationis applica: pellit enim vermes tam deorsum quàm sursum, nempe iuxta orificium emunctorij illius. Quòd si autem emunctorium pro egressione nõ foret aptum, aut locus compressus, vermes neca cum spongijs syluanis, & putrefactum pelle per centauream, vel per pessarium propter matricem, vel per clysterium propter intestina inferiora, vel per os, propter stomachum, vel intestina superiora. Optima verò est centaurea cum porosa commista, cum additionib. iuxta processum medicum ex collodio vel ellenio adiuncto.

EXPOSITIO.

Vermes enecari vult quacunque causa natos, per specifica quædam arcana, supra communes vires & facultates naturalium considerata, vt sunt porosi, putà seminis porosæ & mandellæ, hoc est, ellebori, cum bitumine, putà sulphurea terra, simul soluti, & solutorum arcana, super fundum emunctorij generationis vermium, id est, locum in quo fieri debet egestio posita. Qui locus si sit angustior, vel minùs aptus ad egestionẽ, enecandi sunt vermes cum spongijs syluanis, id est, porosæ folijs, & putrefacti post enecationem pellẽdi sunt per centauream, vel per pessarium propter matricem,

hoc

hoc est, extra matricem, si in ea extiterint, vel clysterio extra inferiora intestina, vel per os extra stomachũ & intestina superiora. Mixtionem laudat author centaureæ cum porosa, præsertim si addatur collodium vel ellenium, id est, enula campana.

Cap. XI.

De Cancro.

Porrò Cancri medela sic se habet: Primùm est rei renouatio, id est, venarum separatio ab impuris. Huius separationis medicamẽ est tale. Accipe expurgati althoi à minera plũbi vnciam vnã, parthenionis succi vncias sex, plantaginis vncias decem, cõmisceantur cum modico alcohol vini, administra de sexta in sextam. Madefacito periculum panno, vel spongia, ex aqua parthenionis superposita: his peractis post triduum applica oppodeltoch ex præparatis simplicib. confectis in cerotum mellinum, absque alumine rocho, donec in mãsuetum dolorem abeat, & declinet à rubedine. Tandem commune nostrum oppodeltoch super locum applica, à duodecim horis in sequentes vsque. Porrò si lasciuum ęstiomenum occurreret, cum liquorib. assignatis expelle, reitera processum à centro in vlceris perditionem. Hæc curæ descriptio, fistularum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

cancri, ex hæmorrhoidibus, ex mamillis, prauæ tentiginis, æstiomenæ prauitatis vera medicina est.

EXPOSITIO.

Cancro mederi docet in primis per rei renouationem, quam venarum separationem interpretatur ab impuris, hoc est, impuritatis existentis in venis expurgationem, quæ fit per expurgatum althoi, vel althei, id est, per essẽtiam dulcem extractam à Saturno: per succum parthenionis, plantaginis cum alcohole vini, id est, spiritu vini mista, applicata de sexta in sextam, intelligito horam. Nota de venis, eas intelligi, quas cancer pedum siue ramorum instar expandit in periculo, hoc est, in loco vitioso. Oppodeltoch non commune suum, sed aliud ex præparatis simplicibus, putà prænominatis, & confectis in mellinum cerotum, id est, instar mellis densum, & mellitæ ceræ mistis siue incorporatis, absque alumine rupeo. Tandem mansuefacto dolore, vult commune suum oppodeltoch applicari super locum à duodecim horis in sequẽtes, intellige duodecim alias horas. Lasciuum æstiomenum expellendum esse dicit à centro suo, id est, à situ quem posuit ad emunctorium, per assignatos antea liquores. Eiusmodi curæ subijcit fistulas, hæmorrhoidarum cancros, mamillarum prauas tentigines, æstiomenas, &c.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAP. XII.

De Syronibus.

SYronis cura ex hac fit ſententia: Sperniolæ liquefactæ cape cum mucilagine lumbricorum de nitris, & oleo ſquamino: facito ex his viſcum in loco frigido, vtere ſic: Inunge locũ, & cataplaſma eius deſuper impone ad triduum, abſterge locum, cataplaſma, cutem, & Syrones depone, ac oppodeltoch meloũ administra ab occaſu in auroram, quo facto aduoca morbum in balneum albugineum, toties, donec album illud membrum fixumque appareat. Hæc cura in ſyronibus, cicatricibus, ſpeciebus morpheæ, cutis leproſæ, ſumma ac perfectiſsima eſt, quin & totã vngulam, pruritum, ſcabies, & primæ ſpecies alopeciȩ tollit, pellitque roſaceam guttam.

EXPOSITIO.

Syrones curari docet ranarum ſpermate, cum mucilagine lumbricorum, & oleo ſquamino, id eſt, tartareo, in viſcidum liquorem humido loco, vt morus eſt, reſolutis, inungendo locũ, & cataplaſma, hoc eſt, reſiduũ à diſſolutione, ſuperimponendo per triduum. Tandem auferri vult cataplaſma & cutem ab eo detergi, Syronéſque deſcalpi, ac ceroto ſiue emplaſtro meloum,

id est, ex volitantibus mēſe Maio ſcarabeis, aureo colore nitētibus, adornato. Poſtmodū in balneū albugineū, id eſt, abſtergens atq; dealbans, vel albicantibus et abſterſiuis paratum, docet membrum hoc ablui, donec album & fixum, id eſt, confirmatum ſit. Curam hanc nedum ſyronibus, verùm etiam cicatricibus, ſpeciebus morpheæ, cutis leproſæ vitijs præſcribit.

CAP. XIII.

De Puſtulis.

IN ſpeciebus Gallici morbi, tria obſeruabis, purgationem, curam, & conſeruationem. De quibus hæc paucula notato. Purga principiò puſtuloſum ceniotemio, quo pellitur cauſa morbi, vnà cum materia peccante. Cauendum autē, ne interim à doſi & quantitate huius purgationis longiùs, quàm par eſt, aberres. Porrò ſi puſtulæ adhæſerint cuti extrinſecus, aut alioquin dolor iuncturarū altiùs inſederit corpori, inunge oleo quod eſt ex realgare, & conualeſcet ægrotus. De vlceribus autem, nodis, tuberibus, ſiue extra corpus, ſiue in corpore, quæ inde exoriuntur, iuxta præſcriptum praxeos, quæ de vlceribus, agito.

EXPOSITIO.

Morbum Gallicum curari docet his tribus operationibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

nibus, videlicet peculiari sui purgatione, cura, & conseruatione: Primò purgationẽ fieri debere ceniotemio, id est, mercurio ad morbum Gallicum præparato in laxationem, vt habetur libro Chirurgiæ suæ, ac alijs: non prætereundam esse dosis quantitatem, &c. Curari autem extrinsecus vult pustulas apparentes, vnctione per oleum ex realgare: vlcera verò, nodos, & tubera, cùm in corpore, tum extra corpus originem ex dicto morbo ducentia, secundum praxin, quæ de vlceribus habetur infrà.

CAP. XIIII.

De Vlceribus.

PRincipiò quicquid est fluxuum, aut humorum, si ad emunctorium erumpit, ad eandem medendi rationem redigitur in hanc sententiam: Mortifica primùm, deinde mundifica, postremò consolida. De mortificatione sic habe: Recipe alcali quod est ex realgare. Hoc quicquid in corpore corruptũ est ac mancum, mortifica: Mortificatum ab æscphara libera gummi: Liberatum pristinæ sanitati restitue, & idipsum interueniẽte mũmia: quanquam sunt vlcera quædam, quæ prorsus non indigent mortificatione. Alia vt æstiomena mortificationem vehementiùs etiam desiderant. Tamen hæc omnia vtut sunt, chirurgico

existimanda relinquimus. Sunt insuper alia innumera medicorum recepta, quibus, quia hominibus non semel imposuerunt suisque inuentis perierunt ij, qui hæc commenti sunt, non video cur vtaris. Hæc de vlceribus. Purgationem, quæ propter conseruationem corporis iure prima esse debet, prudenti medico committo in eam sententiam quam suprà de pustulis præscripsimus.

EXPOSITIO.

Confluentium humorum in locum aliquem, vt per emunctorium faciant exitum, tribus etiam curari modis fluxiones docet, mortificatione, mundificatione, et consolidatione. Alcalisato sale ex realgare mortificatur quod super corpus corruptū esse conspicitur: Gummi, id est gummeis emplastris liberatur, id est, mundificatur, ab æscphara, hoc est, corrupta, & supersedente virulenta squama: tandem per mummiam, hoc est, mummiatis medicamentis persanatur vlcus. Nonnulla reperiri dicit vlcera leuiora, quā vt mortificatione indigeant, & alia, quæ vehementiorem expetant ea, quæ suprà posita est, vt sunt æstiomena. Cætera hactenus à medicis vsurpata remedia suadet esse relinquenda, idq; præsertim, quia non solùm alijs imponunt hominibus, sed suos etiam inuentores perdiderunt sæpius. Addit purgationem, quam suprà de pustulis posuit, etiam vlceribus maximè vtilem esse posse.

CAP.

CAP. XV.

De Vulneribus.

TRiplex eſt ratio ſanandorum vulnerum: Naturalis, vt balſamo: ſpecifica, vt braſsidella: characteriſtica, vt magoreo. Priuſquam tamen ad illa perueniamus, principiò quæ miraculi vice erunt his, qui harum rerum imperiti ſunt, indicabimus, neque genus, neq; locũ vllum in vulneribus eſſe obſeruandũ, id quod veteres diſputatione admodum prolixa diſſeruerunt, num ſint ſananda, nec ne, quæ ſunt cerebri, inteſtinorum, item veſicæ, & idipſum hac ratione, quia videmus, cùm confoſſa, tum alio modo cõfecta vulnera, illic vbi vitæ locus eſſe nequit, nihilominus tamen cõſequi mortem. Quare de mortiferis vulneribus nihil prorſus dicemus in præſentia, cùm ſua ſponte ſeſe offerunt illa. Porrò hæc prima cautio eſt, ne chirurgus ex eo, quod medicabile vulnus eſt, immedicabile atque adeò mortiferum faciat. Hoc igitur opus, hic labor eſt, vt probè agnoſcas triplicem hanc ſanandorum vulnerum rationem, longè ſaluberrimam, neque interim audias eos, qui alicunde erogant, neſcio quæ vaniſsima commenta, imò precibus etiam à barbitonſoribus mediaſtinis, cæteriſque id genus hominibus leuiſsimis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

contendunt, inter quos est Landfrancus, Petrus de Argillato, qui multa ac varia, vel nuce non æstimanda, de vulneribus in vnum congesserunt. O verè pileatos doctorculos, qui præter pileolum subrubrum, & titulum, cæterum nihil insigne geritis, qui ex pumice Nilum exundãtem petitis! Cæcus sequitur cæcũ, & cascus cascam. Hinc est curij, qui Montempessulanum sunt sequuti, triplicem hanc medicinam, quæ est de vulneribus, in alienum vsum verterint. Naturalem scilicet, quæ balsami est, in putrefactionem præpostere. Specificum ad ea loca, quibus minimè competit, nõ sine periculo torserunt. Characteribus ita sunt abusi circunforanei, vt in contemptum prorsus abierint. Nos autem quæ de his verè haben tur, apertè trademus in hanc sententiam. Balsamum naturale potionis vice administratũ, aut alioqui vulnerib. infusum, nihil aliud est, nisi hypericon, centaurea, & prunella, quæ nõ modò ea, quæ extrinsecus, sed etiam quæ intrinsecus sunt, vulnera curat, & hoc propter virtutem, quæ in balsamo existit. Quicquid autem est de specifico, multis partibus superat balsami naturam. Nam collatenna sub potione administrata, cùm externa, tũ interna vulnera sanat, propter virtutem, quæ adeò firma, atque adeò fixa inesse solet, & tantisper operatur, donec vulnus est apertum. Brassatella, si modò

modò attigerit vulnus, neque porrò opus habet aliquo medicamine. Sunt præterea alia complura ſpecifica, quæ ad eundem modum operantur: neque idipſum ad duodecim, aut vigintiquatuor horas. Horum tanta vis eſt, vt fixum, atq; adeò perpetuum medicamentum ſubminiſtrent, vel ſemel vſurpata, & idipſum in finem vſque vulneris. Hoc loco experimenta ſpecifica recenſenda erant, de quibus, quia in Archidoxis mētionem fecimus, prętereundum cenſeo. De characteribus, quæ tertia forma eſt, ſic habeto. Characteres, benedictiones, cæteraq; id genus, vulneribus præſens, abſens, adiuncta, ſingula vulnera ſanant, & idipſum citra omnem ſynoniam. Sunt etiam quæ ſynoniam albā ſiſtūt, cuiuſmodi eſt ſtaraphaxat: alia ſanguinem, vt Kiſt, & Kiſs, & id genus alia innumera, quæ alibi in Archidoxis recenſentur. Hæc ſunt vel ſola, quæ medicū nobilitāt. Quare in hac triplici ſanandorum vulnerum ratione, generalem curam, iuxta præſcriptum adhiberi oportet, neque interim eos, qui vniuerſo orbi impoſuerunt, audire.

EXPOSITIO.


Vulnera tribus modis curari docet, primo per naturale balſamum: ſecundo per ſpecificum, vt braſſadella, hoc eſt, ophioglosſo: tertio characteribus per magoreū,

id eſt, magicum arcanum, non autem necromanticum, nec illicitum. De vulnerum locis, vel curabili ſtatu, nihil hoc loco diſſerere vult: ideo quòd aliquando locis inflicta, in quibus nullus vitæ locus eſſe poteſt, id eſt, minimè, vt hominibus apparet periculoſis, mortem inferre videãtur: nec de mortiferis quicquam in medium adſerre ſtatuit, quibus de veteres admodum fuerunt anxij. Potiſſimum eſſe medico vult, ac animaduerſione digniſſimum, ne ex medicabili vulnere ſui natura, per ignorantiam artis, incurabile reddat, ac mortiferum efficiat. Triplicem itaque vult medicinam in curandis vulneribus diligentiſſimè perquiri: ne cum Monſpeſſulanis, pileatis & bullatis doctoribus, naturalem balſami curam præpoſterè in putrefactionem conuertat, inq; perditionẽ potiùs, quàm ſanationem: item quod ſpecificorum curæ conuenit, alijs ineptiſſimis non tribuat, neque characteribus abutatur, in modum circunforaneorum. Balſamum naturale vult author educi, per ſpagyricam artem ex tribus, & in potionis formam adduci, vt ex hypericone, centaurea, & prunella. Specifica duo ponit hoc loco, videlicet, collatennam ad potionem, & braſſatellam, id eſt, lanceolam, in contactum, reliqua ex Archidoxis petenda ſunt. Collatennam vocat à colla, quaſi colla tenax, nonnulli volunt eſſe herbam, quam vulgò vocant pedem leonis. De characteribus nihil docet, hos enim iudicio relinquit eorum, qui his vti volent, vt petant alibi ſuis locis, in medicina cœleſti ſignorum aſtrorumq; cœleſtium, cæteriſq;. Ad ſynoniam ſiſtendam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ponit ſtaraphaxat, id eſt, medicamentum ſtare faciens & ad ſanguinem Kiſt, vel Kiß hoc eſt, medicaminis, vel vnguenti genus formatum in eum modum, quo ſolent lapicidæ pro ciſternis præparare in collæ formam. Hanc triplicem in curatione vulnerum, chirurgicam, & partim phyſicam rationem, vult ſufficere: cæteris, vt quæ toti mundo venena potiùs, quàm medicamenta ſunt, à tergo relictis.

THEO-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

THEOPHRASTI PARACELSI DE VITA LONGA,

Liber tertius,

Cap. I.

POstquam de particularibus arcanis, quæ corpus morbis confectum pristinæ sanitati restituunt, diximus, inde vbi superiora desierint, auspicabimur. Vt ea, quæ in superioribus libris tradita sunt, tandem à nobis absoluantur, & corpus physicũ tanquam balsamum conseruetur, etsi particularia arcana, & huius tertij libri materies, ad idem corpus referuntur: Porrò etiam vna eademque præparatio existit: tamen praxis in hoc tertio elixiro, alia est à singulari illa medendi ratione. Quare in hoc tertio libro primas obtinẽt flos cheiri, & anthos. In hoc enim absoluitur elixiridum arcanum, & idipsum vi atq; adeò virtute totius quintę essentiæ. Principiò igitur, vt singula clariùs innotescant, quid quinta essentia sit, paucis indicabo in hãc sententiã: Quatuor elementa procreat natura, ex quib. tẽperata quædã essentia cõficitur à spagyro, quemadmodũ flos cheiri exprimit. Hoc loco parui

referre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

referre arbitror, quæ ſuper hac re ars Lullij habeat, cùm plus ſedecim pedibus (vt dici ſolet) ab vniuerſa monarchia, quam Archidoxa præſcribunt, aberret. Aliud enim eſt extractio, aliud confortatio, aliud melioratio, vt iſtorum hominum vocabulis vtar, quorum Raymundus in eo libello, qui inſcribitur, Ars Lullij, meminit. Hæc quia magis ſunt argutiæ quàm vera, ſilentio præteribimus. Flos auri autem, flos amethyſti, deniq; quicquid eſt diaphineæ naturæ, margaritarum, ſulphurearum, cachimiarum, poſtremò etiam quicquid eſt aluminoſorum, zerebothinorum, & id genus aliorum, quæ aqua gignit, carabarũ, corallorum. Hæc, inquam, omnia quintę eſſentiæ ſunt obnoxia, pro ratione temperationis, quæ interueniente corruptione elementorum à ſpagyro fieri conſueuit.

EXPOSITIO.

Duobus præcedentibus libellis, de particularib. quibuſdam arcanis locutus eſt, hoc tertio, de magis vniuerſalibus tractaturus ſub eſſentia quinta, duo præſtãtiora proponit, videlicet florem cheiri, & anthos, quem poſteriorem ſuperiùs Sonath appellare voluit. Florem cheiri dicit eſſe quintam eſſentiã, de quatuor elementis naturalibus in temperatam ſubſtantiam factam, arte ſpagyrica, id eſt, per experientiam comprobata.

Hanc

Hanc non vult fieri per modum à Lullio descriptum, sed iuxta præscriptum Archidoxorum suorum, quibus docet florem auri, florem amethysti, gemmarum ac aliarum rerum extrahere, sola corruptione elementorum.

CAP. II.

PORrò totius rei summa in hoc est (quando ea, quæ hoc libro de elixiro dicũtur, singula ad lõgam vitã referenda) vt vniuersa natura redigatur in spagyricam misturam, seu temperationem, quæ nihil aliud est, præter naturæ bonitatem, cui nihil quod corruptibile est, nihil deniq; aduersi inest. Etsi alia ratione, ac varia eadem naturæ bonitas deprehenditur in tinctura iuxta præscriptum naturæ, quæ in lapide physicorum existit: in antimonio secundum corui naturam in sulphure iuxta lunariæ effectum, & in id genus alijs. Tamen in his omnibus est vna eademque temperatio, quæ inter metalla sub Mercurio delitescit (Mercurium dico, qui omnib. metallis inest) inter gemmas sub crystallo: inter lapides sub zeloto: inter liquores sub carabe: inter herbas sub valeriana: inter radices sub peucedano: inter amara, sub vitriolo: inter silices, sub antimonio. Porrò sicut mercurius metallis inest singu-

ſingulis, ſic antimonium ſilicibus, vitriolum ſali, meliſſa herbis, hæc ſunt nomina elixiri temperati. Obſeruandum igitur in elixiris inſequentibus ſulphur eorum, quæ iſti mineralia vocant, quintam eſſentiam eſſe, mercurium metallorum, ex quibus elicitur natura corporis. Nam cheiri Veneri præſtat, anthos Marti: quorum vis ac natura eſt, non tam vt morbos pellant, quàm vt corpus illud vitæ longæ, quæ inferiori influentiæ obnoxia eſt, reſeruent. In hanc ſententiam elixira longæ vitæ, multis ac varijs nominibus comprehendi volumus, cùm vna eademque ſit vis eorum. Nobis autem (ſi forſan miraris hanc tractandi rationem) viſum eſt interim ludere in vocabulis.

EXPOSITIO.

Hoc capitulo docet author vniuerſam naturam, hoc eſt, elementa rerum, cùm ſuperioris, tum inferioris conditionis, in ſpagyricam miſturam, id eſt, in vnitam eſſentiam per temperationem ex corruptione elementorum ortam redigi debere, & hanc dicit eſſe naturæ bonitatem, i. virtutem & efficaciam à corruptione remotam, & omni vitio. Innuit poſtea aliã viam ad eam naturæ bonitatem acquirendam, ſcilicet ipſam phyſicorum, quam vocat alibi tincturam, & lapidem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

vt in capite corui siue natura, quam antimonium vocat, & in effectu lunariæ, quam sulphur appellat, iuxta veterum vsum philosophorum, de sulphure & argento viuo aliter scribentium. sed idem intelligentium videlicet eundem mercurium, in metallis sub mercurij nomine: in gemmis sub nomine crystalli: in lapidibus sub zeloto, id est, lapideo mercurio, in liquoribus sub carabe: in herbis sub valeriana: in vel inter radices sub peucedano: inter amara sub vitriolo: inter silices sub antimonio, hoc est, istud præferendum esse vult silicibus omnibus, ac sic de cæteris antepositis, quanquam et istis mercurius inest ille medicinalis, at non vsque adeò potens vel abundans. Deinceps vniuersalem facit mercurium in omnibus metallis, non aliter in omnibus silicibus antimonium vniuersale, & in salibus quibusq; vitriolum, ac generalem melissam in herbis. Sub istis nominibus temperaturam elixiri vult intelligi. Tandem sulphura vocat elixirum (quæ mineralia dicuntur ab alijs) quintam essentiam, & mercurium metallorum. Flori cheiri tribuit naturam Veneris & anthos, Martis virtutem, in debellandis morbis adscribit, necnon in longam vitā conseruando, quæ tamen inferiori subijcitur influentiæ. Elixirum varia nomina, dicit non variare virtutem ad vitam longam, sed omnium eandem vim existere, fateturq; se in vocabulorum varietate ludere. Hinc ortum, vt plurimi huius artis professores, propria coniectura fallantur, non considerantes ex solius authoris scriptis mentem eius quærendam esse potius, quàm ex seipsis.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAP. III.

EX vniuerſis elixiris ſummum ac potiſsimum eſt aurum. De hoc igitur principiò tractabimus. Nam huius rationem ſi noueris, aliorum quæ à corpore ſeparãtur noueris. Reliqua quæ à corpore non ſeparantur, infrà vbi de vino mentionem faciemus, indicabuntur. De elixiro igitur auri, quod ad praxin attinet, ſic habeto. Reſolue aurum vnà cum omni ſubſtantia auri corroſiuo, & idipſum tantiſper, dum fiat idem cum corroſiuo. Neque interim abhorreat animus ab iſta tractandi ratione: Auro enim quatenus aurum eſt, corroſiuum præſtat, & citra corroſiuum mortuũ eſt. Quare quintam eſſentiam auri, citra corroſiuum inutilem eſſe aſſerimus. Sequitur ergo, reſolutionem denuò per putrefactionem eſſe remouendam, etſi corroſiuum tenaciùs etiam adhæreat: nam ſi tanta vis auri eſt, vt corpus ſeruet, ac liberum reddat ab omni ægritudine, neq; id corrumpi ſinat, quãtò magis ſeipſum, idq́; citra omnem infectionẽ? Corrigit enim ac emendat quicquid nõ eſt ſincerum. Corroſiuum igitur in auro, nullo pacto corroſiuum appellari debet. Vis enim arcani ſuperat omne venenum: Nam omne realgar moritur in elixiro auri, & in tincturam abit medicinæ præſtantem. Atqui in hunc modum gignitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

aurum potabile post putrefactionẽ. Hanc dosin, seu mauis harmoniam quandam præscribit peruulgata spagyrorum praxis. Postremò obseruabis de elixiro. Cuicunque confertur elixir, idem transmutat, vt haud dissimiliter sibi fixum porrò maneat.

EXPOSITIO.

Elixirum hoc loco parãdorum duas ponit rationes, vnam, qua separantur à corpore: alteram, qua non separantur, sed vnà cum suis corporibus administrãtur. Inter ea verò quæ separãtur elixira, præstantißimum esse dicit, quod ex auro elicitur, quapropter & hoc primo loco ponit, vt ab eo cætera, huius generis separãda, discantur, à maiori ad minus argumentando. Resolui aurum oportet cum omni substantia auri corrosiuo. Sẽsus est amphibologicus, valdeq́; dubius, an genitiuus auri, ad substantiam pertineat, vel ad corrosiuum: si ad substantiam, intelligitur eius tincturam simul cum corpore per corrosiuum extrinsecum in solutionem adducendam esse: at si ad corrosiuum referatur, sensus erit, aurum proprio suo corrosiuo dissoluendum, nam sequitur essentiam auri quintam citra corrosiuum inutilem esse, & antea, dum fiat idem (inquit) cum corrosiuo. Propter hoc dubium, voluit addere : Neque interim abhorreat animus ab ista tractandi ratione. *Ac si diceret:* Ne sis perturbato animo, si dicam, aurum

habere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

habere corrosiuum, cùm opinio sit omnium philosophantium, quaquauersum hoc esse perfectum, & incorruptibile. Scimus enim sub luce incorrupta latere tenebras corruptibiles, dum à sua luce separantur, at cum sua luce permanentes, ab ista conseruari, ne in corruptionem abeant. Ratione igitur separationis, corrosiuum dicitur aurum habere in seipso, quod corrosiuum ab elixiro auri cohibetur naturaliter, ne in separationem emergat. Aliter enim aurum corrumpi non potest, nisi corruptibilis quid in se contineat, quod per corrosiuum externum separari possit ab incorruptibili suo. Per artem id fieri solùm, at naturaliter minimè potest: vnde concludendum, aurum esse corruptibile & incorruptibile, vt sequitur paulò pòst in hanc sententiam: Corrosiuum igitur in auro, nullo pacto corrosiuum appellari debet: Vis enim arcani superat omne venenum. Nam si tanta vis auri est (ait) vt corpus seruet, ac liberum reddat ab omni ægritudine, neque id corrumpi sinat, quantò magis seipsum, ídque citra omnem infectionem? Notandum, quod dicit auri quintam essentiam, citra corrosiuum esse inutilem, & per putrefactionẽ resolutionem esse remouendam. Hinc patet ipsum de corrosiuo etiam extrinseco loqui, cùm post resolutionem auri factam extrinseco corrosiuo resolutionẽ, id est, resoluens corrosiuum extrinsecum hoc, vnà cum intrinseco est amouendum (intelligito per multas ablutiones) ab elixiro, vel quinta essentia, per putrefactionem, qua quidem omne realgar moritur in elixiro auri, & in

tincturam abit medicinæ præstantem: separatione videlicet, à putrefactione, statim inde facta. Dosin reperies (inquit) apud omnes ferè vulgatos spagyros, id est, in ipsorum diuulgatis monumētis siue scripturis. Trāsmutat elixir ad hunc modum præparatum (quo et aurum potabile gignitur) omne cui confertur, id est, administratur vt fixum etiam hoc maneat, quod elixir fixum recipit, id est, sanum & confirmatum.

CAP. IIII.

De perlis siue vnionibus.

SEd vt ea, quæ de quinta essentia diximus, clariùs elucescant, obseruandum, nihil magis esse auro propinquum perlis. Quatuor igitur elementa, quæ perlis insunt, eadem ratione cum auro redigas oportet id, quod verè existit quinta essentia, citra amißionem substantiarum. Porrò si iuxta præscriptum perlas in quintam essentiam transmutare velis, pro ratione quintæ essentiæ age, neque quicquam immuta præter principium, in quo vltimam materiam, quæ in conficienda quinta essentia solis, prima materia existit, adiūgi necesse est. Ea ex eiusmodi recepto elicitur. Principiò redige limonem in liquorem, denuò reclinatū, in quo perlæ calcinationem arripiunt: exiccatæ resoluuntur, quæ resolutio in elementum, cui

cui prorſus nulla complexio ineſt, erumpit, eſt enim huius vis vniuerſa, ſimilis quintæ eſſentiæ. Nolim hoc loco admittas ratioñe extractionis, quam Archelaus præſcribit, neque id genus alias ſeparationes ſpagyricas: Nã ſuperior tranſmutatio, non modò ea membra quæ debilia ſunt, priſtinæ valetudini reſtituit, ſed ea etiam quæ valida ſunt ac robuſta, in eodem vigore conſeruat. Hinc eſt, cur perlæ pluris, quàm reliqua ſpermata, fiant: inter quas longè præſtantiſsimas oſtrearum eſſe affirmo. Quanquam hoc loco non minimas partes ferat, quemadmodum Archidoxa habent, Homunculus, quẽ necromantici Alreonam, philoſophi naturales mandragoram vulgò appel lant: tamen non niſi in communem errorem abijt, propter chaos illud, quo iſti obfuſcauerunt verum homunculi vſum. Origo quidem ſpermatis eſt: per maximam enim digeſtioñe, quæ in ventre equino fit, generatur homunculus, ſimilis ei per omnia, corpore & ſanguine, principalibus, & minùs principalib. membris, à quo prodijt. Quare hoc loco præteribimus huius virtutes, quandoquidem non vt perlæ, apud huius rei peritos, innotuit.

EXPOSITIO.

Vniones dicit auro proximiores virtute ac tempe-

ramẽto: quapropter eadem via, qua & aurum, in temperaturam adducenda ſunt illorum elementa, & in quintam eſſentiam citra amiſsionem ſubſtãtiarum, id eſt, præter ſeparationẽ à corpore. Nihil immutari vult in proceſſu præparationis, niſi vt principium, in quo vltima materia, quæ ad ſolem prima fuit, mutetur, hoc eſt, in alio liquore ſoluendi ſunt vniones, & in alio aurum. Liquorem ſolutionis perlarum dicit limonum ſuccum eſſe, et in Archidoxis radicatum acetum: quicquid ſit, reclinatum eſſe vult acetum, ſiue limonũ, ſiue aliud ſit, aut ex vino, modò ſit ad ſuam materiam ſæpius reflexum & deſtillatum, vt eſt artis. In iſto calcinationem accipiunt, intelligito philoſophicam nõ vulgarem, quæ per tincturarum fit extractionem, plurib. excolationibus, ſiue reclinationibus. Exiccandi colores ſunt, & poſtmodum reſoluendus puluis, intellige ſuper marmor: reſolutio hæc tranſit in elementum, id eſt, quatuor in vnum, idq; temperatum, hoc eſt, quod dicit eſſe ſine complexione qualitatum, vt eſt vniuerſa quintarum eſſentiarum natura. Alias extractiones, vt Archelai & aliorum, dicit inutiles, quæ multas ſeparationum iterationes docent, quia non ſunt admodum efficaces ad membrorum debilium inſtaurationem, et validorum confirmationẽ, atq; prior. Perlas ſiue vniones vocat ſpermata, ſed potiùs id quod ex eis trahitur, vt ſuprà, nam & Homũculum dicit (quem necromantici Alreonam vocant, philoſophi Mandragoram) non ex ſpermate fieri, vt nonnulli interpretes falsò iudicarũt, ex iſta barbara dictione Dampras, quæ ſanguis, à Dam

à Dam, & à pras vel potiùs paras, arcanum intelligitur. Ex arcano ſanguinis igitur, vult author libro ſuo De natura rerum, ſperma hoc elici putrefactionibus, & reliquis medijs ſpagyricis, de quo naſcitur homunculus artificiatus ad medicinam: quod latiùs in Faſciculo praxis Paracelſicæ declaraui. Origo quidem (inquit) ſpermatis eſt. Non dicit, origo homunculi ſperma eſt, ſed originem ſpermatis, id eſt, ſanguinem vult eſſe originem homunculi, ac ſi diceret, eadem eſt origo homunculi, quæ eſt ſpermatis origo. Decepit iſtos interpretes, ea, quam ſuprà diximus vnam eſſe rationem occultandi, Paracelſo familiarem, per tranſpoſitionem literarum, vti de ſonath & anthos. Verùm non conſiderarunt Dampras tranſpoſitione Sparmad interpretandum, & ſperma Ampres. In communem abijſſe dicit errorem propter chaos, id eſt, confuſionem, qua iſti interpretes vani obfuſcant omnia, pariter & verum vſum homunculi ſuppreſſerunt, quem generari vult in ventre equino per digeſtionem. Nõnulli ventrem equinum eſſe volunt fimum equinum, alij balneum Mariæ, quod vocant, reliqui verò vas, in quo materia clauſa digeritur. quicquid ſit, digeſtionem potiſſimùm intelligi nos vult author, meliori quoquo modo factam.

CAP. V.

De extractione quintæ eſſentiæ ex herbis.

SVprà mentionem fecimus quintæ eſſentiæ, quæ citra vllam extractionem fieri

debeat, id quod in hanc ſententiam accipias oportet. In elixiro, quo de in præſentia mētionem facimus, quinta eſsētia nullo pacto elici poteſt ex herbis citra extractionē, propter diuerſitatem eſſentiarū, quæ vni ſubſtantiæ inſunt. Hæc ita ſunt ſegregāda, vt herba maneat herba, & quinta eſſentia maneat quinta eſſentia. Etſi in qualibet herba ſunt quatuor elementa duplata: quinta tamen eſſentia non adeſt duplata, ſed altera pars ſolùm. Alteram, quæ eſt ſubſtantiæ, relegamus ad eas artes, quę particulares ſunt, & quod elixiri eſt tractabimus: id quod exemplo meliſſæ clariùs innoteſcet. Digere meliſſam philoſophico menſe in Athanar, deinde ita ſepara, vt duplata elementa ſeorſim appareant, continuò eluceſcet quinta eſſentia, quę elixir eſt vitę. Similiter de vino generoſo, & idipſum variè, in nepita acerba, in lolio, lutea, in tincio, nigricans: in lupulo, tenuis ac alba: in cuſcuta, auſtera: in alijs ſimiliter iudicandum, iuxta experientiæ præſcriptum. Porrò extracto ſpiritu iſto, & ab altero ſeparato, ecce vinum ſalutis, in quo philoſophi aliquot ſæcula obnixè laborauerunt, nihil tamen vnquā ſunt aſſecuti. Et bona pars eorum, qui Raymundum ſunt ſecuti, aliquot dolia releuauerunt, dum elicerent quintam eſſentiam vini, nihil prorſus deprehenderunt præter vinum aduſtū, quo perperā pro ſpiritu vini

vini vſi ſunt. Quæ hoc loco requiruntur, alibi in philoſophia de generationib. reperiuntur. Sufficit enim admonuiſſe ſpagyrum, qua ratione herbis quinta eſſentia inſit, deniq; quæ in his ſunt inueſtiganda.

EXPOSITIO.

Extractionem hoc loco intelligit, ſeparationem ſpiritus à corpore. Priùs de perlis nullam ſeparationem vel extractionem fiendam eſſe dixit, nam totum corpus vnà cum ſpiritu, propter temperaturam ingenitã à natura, in quintam eſſẽtiam attollitur vel ſublimatur. Non ita de herbis fit, propter diuerſitatem ſubſtantiarum, i. intemperiem, quæ vni ſubſtantiæ, herbarum videlicet, ineſt. Hæc autem, ſ. herbarum vegetabilia, ſeparanda ſunt, vel corpus & ſpiritus earũ, vt herba maneat herba, i. corpus herbæ maneat impermixtũ alicui rei extraneæ, pariter et quinta eſſẽtia ſit pura, & præter admiſtionẽ alterius ſegregata. Quod in præcedentibus minimè factũ eſt, nec ſine adiunctione liquorũ ſoluentium. Hoc loco autẽ proprij quiq; liquores, propria ſua corpora ſoluunt. Duplata in herbis elementa quatuor intelligit impura, & quatuor pura, ante extractionem, ſed poſt extractionem duplata non ſunt, quia quatuor tantùm impura manent elementa in corpore: quæ verò pura quatuor erant priùs ante extractionem, iam poſt ſegregationem, vnum facta ſunt elementum, idq; ex quatuor puris temperatum. Elementa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

substantiæ, id est corporis, impura, ad particulares artes relegans, elixir solum tractandum suscipit: per melissam inchoare processum voluit in modum qui sequitur: Digere melissam (inquit) philosophico mense, id est, diebus quadraginta, in Athanar, hoc est, in furno secreto philosophorum, deinde ita separa, id est, per cohobationem sui proprij liquoris ad suum corpus, quam iterationem vocant suæ calcinationis philosophicæ, donec duplata elementa, per digestionem siue putrefactionem, videlicet cohobatorum, appareant seorsum, id est, à sese mutuò distincta: elucescet quinta essentia, hoc est, manifestabitur ab impuro segregata pura essentia, quæ est elixir vitæ, & vinum salutis appellatur. Occurrit occasio iam de vino philosophico nonnihil loqui, nam hoc nedum ex vino vitis, verùm etiam ex omnibus liquoribus potest elici: non iuxta præceptum Raymundi, nec æmulorum eius, quo vinum adustum fieri docetur, nō spiritus vini verus. Frustra dolia multa releuantur, id est, euacuantur, in extractione spiritus eiusmodi, cùm ex omnibus etiam, vt ex vino haberi poßit.

Cap. VI.

De Antimonio.

Sicut antimonium finit aurum, sic eadem ratione ac forma finit corpus: in illo enim est essentia, quæ nihil impuri cum puro confundi

fundi finit. Neque quisquam spagyricæ artis peritus deprehendere potis est vim, atque adeò virtutem antimonij. Nam in principio rerum eò deuenit antimonium, & inter metalla, quæ aquę sunt, sic est relatum vt porrò etiam diluuio exacto vis huius genuina, atque adeò virtus permanserit, ita vt sese ex influentia semper dirigat, neque aliquid de vi ac virtute natiua vnquam decesserit. Meritò igitur omnia, quæ mineralium sunt, quorum summum ac potissimum arcanum in se claudit antimonium, huic vni tribuimus. Mundat seipsum vnà cum reliquis, quæ immunda sunt. Porrò si nihil omnino sani adest, immundum corpus in mundum transformat. Quemadmodum in expositione lepræ habetur, quæ omnia palàm declarat ac indicat spagyrica praxis. Sed ne longiùs quàm par est, digrediamur, & tandem ad præparandam antimonij virtutem (cuius vel apex vnus, aut iota omnibus codicibus, qui in nostra professione sunt, præstat) perueniamus, sic habe: Principiò vide ne corrumpatur antimonium, sed totum hoc, quãtum est, ac integrum maneat, citra vllam amissionem formæ. Sub hac enim delitescit antimonij arcanum, id quod per retortum impelli debet sine omni capite mortuo, ac denuo in tertium cohop tertiam naturam reduci. Tum demum

erum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

erumpit, dosis eius grana quatuor, quintæ essentiæ melissæ coadministrata. Huic præterea nihil tribuit Archeus terræ.

Expositio.

Argumentum hoc multis videtur à minori ad maius concludere, sed miserè falluntur miseri dialectici. Nã est à maiori ad minus. Maioris enim est industriæ, tum difficultatis, auri purgatio (quam finitionem vocat) minoris autem ea, quæ fit in humano corpore. Si valorem atque pretium aspiciamus, cadauer humani corporis per se consideratum, non pro ratione illius, qui domicilium inhabitat, animi videlicet, quantò vilius est auro? tantò sanè quãtò incorruptibile corruptibili præstat. Vt latiùs confundam eos, qui prorsum ignorant quídnam sit aurum in homine, dicam. Balsamum aureum in humano corpore, purgatur aureo balsamo antimonij, non secus atq; hoc ipso balsamum auri purgatur. Qui hoc non intelligit, addiscat priùs ex schola Vulcanica separationum, quàm de incognitis garriat. Hac ratione dicit author noster, finit corpus, non autem dicit hominem. Corpus namq; hominis homo non est, nec nisi vilissima pars hominis. Alia consideratio habenda est hoc loco, ex verbis eius. Eadem (inquit) ratione ac forma finit corpus, qua finit aurum. Ratio siue forma antimonij, est aurum eius in corpore latẽs. Quapropter aurum purgatur auro per sympathian, & non per antipathian (vt aiunt) cùm in auro, tũ in homine.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Iam videamus à quo repurgetur aurum, à suo realgare videlicet, inficiente corpus eius, atq; tincturam obfuscante. Pariter & corpus hominis à realgarico suo veneno corrumpente liberatur, vt eius tincturæ, id est, sanitatis color appareat. Impuri siquidem, id est, corrupti siue corrumpentis, nihil cum puro, id est, auro humano, confundi sinit antimonium. Virtutes eius nunquam satis laudatæ sunt, quas etiam in diluuio retinuit, cæteris, aliarum omnium ferme rerum, viribus ablutis, à suis rebus ex aqua existentibus, et si ex aquarum genere prout & metalla ducat originem: causam antea satis apertè posuit author. Ad præparationem eius veniens, docet non esse corrumpendum, id est, forma sua priuandum, intellige metallina, quòd sub ista lateat eius arcanum. Calcinatione quandoquidem, aut alia liquatione quapiam fieri minimè potest, quin de forma genuina sibi depereat, à qua petendum est arcanum eius potißimum, & excellentißimum. Per retortum tamen vult propelli, non secus atq; farina molendinorum volatilis in alcol, id est, in subtilem admodum puluerem, sine omni capite mortuo, id est, absque fecibus in fundo retorti vasis residuis. Postmodum in tertium cohop, i. tertiam sublimationis iteratione͂, in tertiam naturam, id est, in trium colorum tertium, qui rubicundißimus est, post citrinum & album. De floribus intelligito, quorum postremi dosis est grana quatuor, cum essentia quinta melissæ administrata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Cap. VII.

De Sulphure.

PRincipiò ardua res eſt, & multis nominibus celebranda, tantam ineſſe vim atque naturam terræ, quæ balſamum procreet, cuius eſt hæc natura, vt porrò nihil putreſcere ſinat. At ſi cōſideres reſinas, quarum potiſsima pars eſt ſulphur, nihil eſt quòd ſuperiora laudes. In ſulphure balſamum eſt, quo de nemo non variarum rerũ ſtudioſus meminiſſe debet: nam in eo ſunt liquores balſami, qui neq; viuum, neq; mortuum quicquã putreſcere ſinunt, ſed corpus ita conſeruant, vt nulla, neq; influentia, neq; naturalis corruptio, vel impreſſa in corpore deprehendi poſsit. Nemo miretur hoc loco tãtam ineſſe vim in reſinis terræ, neque maiorẽ prædicationem huius, quàm quę balſami ſit ſuper terram creſcẽtis, & huius vim atque virtutem declarantis. Nam in his quæ occulta ſunt, multò plura deprehenduntur, quã in his quæ manifeſta ſunt. Sic in ſulphure multò plura deprehendũtur, quàm in cæteris reſinarum partibus. De ſulphure autem, vt ad tractandi rationem perueniamus, ſic habe: Eleua ſulphur à colcothar, ſpagyrico more, idq́; tantiſper dum non ſuperat ignis, id quod natura colcothar ſulphuri tribuit, idem ſpiritus

fixus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

fixus eſt balſamus terræ: de quo hoc loco pauċula admodum ſcribimus. Huius enim virtus experientia patet: etſi aliqua de gummi, quædam etiam ex reſinis, cæteraque id genus, eiuſdem naturæ ſunt cum balſamo, tamen inter illa primum ac optimum eſſe puto ſulphur.

EXPOSITIO.

Sulphur vocat Paracelſus Balſamum terræ, cuius vis atque virtus eſt, nihil in putredinem abire, cui fuerit applicatum, ſinere: intellige tamen eius arcanum, & non crudum id efficere. Subiungit enim ei liquores ineſſe balſami, hoc eſt, liquores ſulphuris, ſunt liquores balſami, qui nedum viua, ſed etiam mortua corpora conſeruant ac defendunt ab influentia, hoc eſt, à ſupernaturalibus impreßionibus, & à naturali corruptione morborum, puta communium, qui ſi etiam priùs iam irruperint, explodunt. Non minùs efficiunt liquores reſinarum, quarum (inquit) potißima pars eſt ſulphur, quare nec minùs harum arcana laudabilia dicit, alijs præcedentium arcanis rerum. Alio nomine ſulphur nuncupat reſinam terræ, cùm dicit, nemo miretur tantam ineſſe vim in reſinis terræ, id eſt, in ſulphuribus ſubterraneis, quibus nō minorem eſſe vim dicit, neq; laudatiora minùs eſſe debere balſamis ſupra terram creſcentibus, vegetabilibus intelligito, vel etiam vltramarinis, quæ quidem eius virtu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

virtutem declarant balſami creſcentis ſub terra. Cauſam addit, in occultis plura deprehendi, per artem & experimentum, arcana, quàm in his quæ ſunt manifeſta: hoc eſt, ſubterranea longè præſtantiora comperiuntur ad medicinam, ijs corporibus quæ ſupra terram enaſcuntur. Si rurſum cauſæ cauſam huius requiras, perpende ſolùm, quantò viciniora ſunt arcana Dei naturalia centro, tantò ſunt excellentiora, propter compreßiorem influxuum cœleſtium concurrentiã. Aliam iterum habeto rationem hanc, terram videlicet accedere magis ad centri naturam, cæteris elemẽtis. Quapropter (ait) in ſulphure multò plura deprehẽduntur, quàm in reliquis reſinarum partibus. Præparationem eius ſubdit inquiens. Eleua ſulphur à colcothar, id eſt, à capite mortuo, vel reſidentia vitrioli poſt extractionem ſpiritus, aut ſi mauis, rubificati: ſublimetur aliquoties, ac tantiſper, dum nõ ſuperat ignis, hoc eſt, non inflammetur, ſed fixum euadat, natura colcotharis, hoc ſibi tribuente: poſt eiuſmodi fixionis conſtantiam, ſpiritus fixus, & balſamus terræ verè nuncupatur, qui reliquos omnes, cùm reſinarum, tum gummi, cùm ſit optimum inter eiuſmodi balſamorum arcana, facilè ſuperat balſamos.

CAP. VIII.

De Mercurio.

ELixir ex Mercurio eadem ratione qua ad tranſmutanda metalla adornatur, confe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ctum, plurimùm valet ad pellēdam mortem. Nam illius rubigo, quam Lullij ſectatores falsò florem appellant, nil niſi mors eſt. Sicut enim mors conſumit & conterit corpus, ſic rubigo metallũ. Quicquid ergo tinctura illa tingit, longæ vitæ plurimùm inſeruit, & idipſum tantò efficaciùs, ac fortiùs, quantò altiùs (abſit inuidia dicto) gradum Veneris attigerit, quantò acriùs etiam, ac ſubtiliùs in præparatione reiteratum fuerit. Neminem deterreant Rupeciſſæ fabulamenta, qui ſuo more temerè ac frigidè ſuper hac re ſcripſit: videlicet in tinctura corporis aurum, & id genus alia, quæ Mercurij ſunt, denique quicquid ex ſpiritu ſalis, aut arſenici confectum eſt, prorſus eſſe fugienda. Ad tincturam Mercurij (cuius virtus ex ſubtili acrimonia, quam à natura Archei habet) propiùs acceſſerunt Albertus, ac Thomas: in coagulatione autem nimia, & gradu reiterationis, quibus totum negotium obruerunt, falſi ſunt. Quamuis in adornãda tinctura eorum quiddam eſt, quod veræ tincturæ finitimum eſt, in hanc ſententiam: Sicuti metalla tranſmutantur ac plenè figũtur, ſic etiam corpus ad hunc modum: Reduc Mercurium in eleuatione tantiſper, dum in fixum cryſtallum abeat: deinde in reſolutionem, ac coagulationem digere, & cum auro coniunge, ita vt fermentum eius hocipſum fiat. Proinde iuxta

præſcriptum Hermetis age vſque in finem lapidis, cuius doſis eſt granum vnũ. Huius vis, ac virtus corpus reſeruat integrum.

EXPOSITIO.

Mercurius hoc loco præparari docetur in ſuum elixir, non alio proceſſu, quàm ad metallorum transmutationem, eumq́; plurimùm valere ad pellendam mortem, auferendo morbos, & irruentes influxus, ſiue quaſuis alias corruptiones arcendo per conſeruationẽ. Verùm eum proceſſum, quem Raymundus Lullius ſuis conſcripſit diſcipulis, de rubigine Mercurij, id eſt, de rubificatione, ſiue præcipitatione (quam vocant) per lunariam ſuam, quam etiam rubiginem falsò florem appellant, cùm corporea magis quàm ſpiritalis ſit, nil niſi mors eſt, falſum eſſe comprobat. Nam rubigine Mercurius, & omnia metalla conſumuntur ad mortem, ſic eadem rubigine intrò aſſumpta, corpora humana conſumuntur etiam vt illa, quæ his longè duriora & compactiora ſunt. Tincturam dicit author noſter, & non rubiginem eſſe neceſſariam, ad vitam longam conſeruandum ac ſanam. Hinc patet, ſpagyricos flores, vt tincturas, eſſe ſpiritales, & non corporeas rubigines, flores appellari debere, niſi quatenus florũ ſpagyricorũ ſubiecta ſint: ideo ſubdit mox: Idipſum tãtò efficaciùs, &c. quantò altiùs gradũ Veneris in præparatione, putà priore, reiterata fuerit illa beata viriditas, de qua gloriantur nonnulli, necdum ſcientes præparationem ipſius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ipsius. Quapropter non est, quòd istorum fabulæ nos deterreant, qui negant, aurum, ac alia mercurialia, tum quæ per spiritum salis, aut arsenici præparata sunt, esse humano corpori ad tincturam, id est, ad sanitatem, vtilia, sed fugienda prorsus ex ignorãtia prædicant. Melius de tinctura Mercurij scripserunt Albertus, ac Thomas de Aquino, quàm Lullius, & Rupecissa, verùm & illi non secus ac isti, reiterationibus coagulationum, quibus totum hoc negotium siue præparationis processum obruerunt, hoc est, obtenebrarũt, siue per ignorantiam, siue per inuidiam fecerint, ea ratione falsi sunt. Vnde clarius patet, quàm declarari debeat, Paracelsum nõ tam insimulare Veteres ignorantiæ, quàm inuidiæ, cùm suprà dicat; quantò altiùs (absit inuidia dicto) gradum Veneris attigerit in præparatione: ac si diceret: Non inuideo meis lectoribus, vt suis veteres, hanc Mercurij præparationem vegetabilem esse viriditatem, vt in pratis suos flores producentem, & non rubigines boreales, &c. Quamuis in adornanda, id est, præparãda tinctura eorum, aliquid est finitimum, hoc est, simile quiddam est huic, iam à me Theophrasto posito processui præparationis, ad hunc modum videlicet: Reduc Mercurium in eleuatione tantisper, hoc est, toties sublimato, dum in fixum crystallum abeat, id est, vsque dum figatur in diaphanam substantiam: deinde per resolutionem & coagulationem digere, hoc est, digestionib. rege, & cũ auro cõiunge, vt hoc fermentũ sit illius. Tandẽ ac postremò, coniunctionẽ hãc, vt Hermes docet, in formã lapidis adducito, cuius dosis, vt suprà.

CAP. IX.

De spiritu vini.

SVprà vbi essentię herbarum memini, nihil aliud nisi vinum esse ostendi, id quòd sic accipias oportet. Spiritus vini à substantia eiusdem prodit: nam huius subiectio existit vinum, sicut marrubium proprij ac natiui vini. Quare vt spiritum vini, tanquam essentiam, quæ verè elixir est, habeas, sic accipe. Sicut persicariæ libra vna, scrupulos duos vini emittit: Sic vini libra vna, plus scrupulo vno nō capit: reliquū est phlegma vini, id quod ad præsens elixir parum confert. Porrò inquisitio huius essentiæ, fiat ad hunç modum: Digere vinum pellicani infusum fimo equino, idque bimestre spacium, continuò videbis adeò tenue ac purum, vt pinguedinem quandam (quę spiritus vini est) in superficie vltrò eliciat. Porrò quicquid sub ea est, phlegma citra omnem vini naturam existit. Pinguedo autē sola phialæ inclusa, & per se digesta, summæ energiæ est ad vitam longam. Nō modò autem ad vitam longam, sed etiam ad alia praxis illæ torqueri potest, & idipsum interueniētibus cinnamomo, xylobalsamo, myrobalanis, & id genus alijs ad hunc modum. Confunde, ac interueniente digestione ita coniunge, vt elixiro, quo

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

de hoc loco mētionem facimus, auroque adiuncto medicina adornetur, quę omnem contractionem tollit, ac membra resoluit.

Expositio.

Iam apertè fatetur, quid per vinū vbiq; in suis scriptis intelligat Paracelsus, esse etiam rerum omnium videlicet, ipsarum esse vinum, à quo tanquam à vero subiecto spiritus earum etiam elicitur, vti de vino vitis infrà ponere processum videtur, qui cæteris correspondeat. Vini autem persicariæ, siue herbarum scrupuli duo tantùm, ex corporis eiusmodi libra vna, haberi possūt: & ex huius vini libra, vix scrupulus vnus spiritus elicitur. Reliquum verò phlegma vini est, ad elixir inutile quod quæritur. Processus istius essentiæ hic est. Digere (inquit) vinum, intelligito vitis, aut aliud, infusum pellicano, per fimum equinum, bimestre spatium, id est, octuaginta dies (sunt enim quadraginta dies mēsis vnus philosophicè spagyricus) cōtinuato calore hoc, videbis in superficie natare quandam pinguedinem vltrò elicitam, quæ spiritus est vini. Separandus est à reliquo liquore, qui nil nisi phlegma, præter naturam, id est, essentiam et spiritum vini, continet. Pinguedo hæc, siue essentia, per se solam inclusa, digeratur suo tempore: maximam efficaciam habet ad vitam longam, ad eum, vel ad alium vlteriùs præparata, ceu adornata modum, vt sequitur: Confundatur cum iis quæ dicta sunt in textu, vel aliјs, idq; per digestionē optimè com-

 miscendo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

miſcendo, et huic elixiro adiungatur aurum, vt interueniente digeſtione medicina adornetur, ad membrorum omnem contracturam, & liberationem à vinculo contractionis.

Cap. x.

De Mummiæ extractione.

VIrtutum verò ex Mummia extractio, magiſtraliter, vt eo verbo vtar, fit per cõmiſtionem eius cum eſſentia vini, ex chelidonia quidem ſumpti, nempe, ſi ad decem vſq; dies ſic digeras, in quinq; autẽ deſtilles. Porrò verò digeratur ex integro rurſus, eò vſque quò ſe mummia in liquorem vertat, quo facto tam ſuperno, quàm inferno ſeparatis, nempe ſeorſim à medio, addatur huic ſedecima pars balſami de lignis, terræque ſigillatæ pauladadi pondus duodecimum, ac tantundẽ horizontis liquoris: digerãtur ſimul ad ſui menſis ſpatium, quo concluſum ita ſeſe reuerberet. Hoc enim pacto in ſummum vſq; gradũ aſcendit. Quod quidẽ eorum omniũ, quæ venenis dominãtur, potẽtiſsimum atq; efficaciſsimũ eſt.

Expositio.

Extractionem ſpagyricam extractione fiẽdam, nos docet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

docet ſpagyrus dux noſter ille peritiſsimus Paracelſus, mummiæ videlicet eſſētiæ per eſſentiã chelidoniæ vini, hoc interueniente per digeſtionem dierum decem, ac per deſtillationem dierũ quinq; ſimilium, id eſt, admodum ſuauẽ, vt in quinq; diebus tantùm abſoluatur. Digerenda eſt ex integro rurſus, hoc eſt, id quod fuerit eo modo qui docetur deſtillatum & reſiduum, integrum denuò digeratur, donec mummia vertatur in liquorẽ, vt ſuperno, i. puro, ab inferno, videlicet impuro, media tanquam firmamentali linea, ſeparato ſeorſim: huic addatur decimaſexta pars balſami de lignis, putà aromaticis, & terræ ſigillatæ pauladadæ, hoc eſt, ab Italis familiæ S. Pauli ſic nũcupatæ, duodecima pars, ac tandem horizontis liquoris, i. eſſentiæ vel tincturæ auri: digerãtur ſimul ad ſpacium quadraginta dierum, & ita concluſa ſeſe reuerberent, hoc eſt, circulari motu purificentur, & ad ſummum gradum in vnum conueniãt. antidotum venenis omnibus dominans atque potentiſſimum remedium.

CAP. XI.

De Satyrionis extractione.

QVicquid autem ex Satyrione elici debet, per ſeparationem fiat neceſſum eſt. Vis namq; in Satyrione deliteſcit Saturnina, quæ quidem clàm virtutem, qua de gloriari Satyrion debebat, ſuffuratur ac debilitat, fitq; ſic eius exaltatio triginta granis minor. Quo fit,

vt nō rarò opem vsurpatus deneget Satyrion. Quare in eius separatione considerari operæpretium est, vt non forma quidem, sed virtus duntaxat separetur, id quod in hanc fit sententiam: Indigere in pane siliginis Satyrionem, idq́ue ipsum in ventre equino ad suum nempe mensem: quo peracto, ipsum quidem è pane excipe, abiectis quippe fecibus. Deinde sanguinem Satyrionis probè digeri, despumariq́ue finito, quo sedato, tum demū medicinam nactus es, quæ cæteras omnes, quæ ad conceptionem attinent, facilè post tergū relinquat.

EXPOSITIO.

Separationem hoc loco intelligito, vt in præcedentibus additionem alterius, in quo digeritur id, à quo separari debet arcanum quod quæritur. Id potißimùm fieri debet his, quæ Saturninam facultatem habent, id est, maximè feculentam atq; terream, quæ Iouis exaltationi rerum eiuscemodi virtutes detinēt, vt separari nequeant, ob nimiam coniunctionem in dicta terra naturaliter ingenitam. Hinc fit vt Satyrion, & id genus alia ad vsum aßumpta medicinæ, denegent opem ægris suppeditare. Quamobrem ita separāda veniūt, vt ipsorum forma maneat incorrupta, & sola virtus ad hunc modum separetur. Indigerantur in pane siliginis, inq; equino ventre diebus quadraginta, ac tantisper donec spuma cesset, vt in textu (quod signum, vt cuiq; suum dicitur

dicitur suus mensis) post quos excipienda sunt, id est, exprimenda, fecibus abiectis. Separatus eiusmodi sanguis, vt si Satyrionis sit, digeri ac despumari sinatur, hoc est, in seipso maturescere, quo sedato, id est, cessante spuma, tum demum ex Satyrione medicina quædã ad conceptionem mulierum præ cunctis alijs excellentißima prorumpet.

Cap. XII.

De metalli primi extractione.

PEr primum metallum summæ atq; adeò præcipuæ fiunt conseruationes corporis, neque tamen ex natura propriȩ suæ confortationis tam est efficax, sed potiùs ex virtute mineralium, quæ in se continet. Nam vt vitam longam conserues, ex principe mineraliũ hoc proficiscatur necessum est, quandoquidẽ mineralia physicum corpus existunt. Atque hoc temperamentum illud est, quod solum atque vnicum corrosiuis resistit, operaturq; tam per chimicum, quàm per archeicum ares, quin etiam robustisimum quodq; corpus cum debilisimo temperat in vno gradu. Robur siquidem præter roboris ares perindè est, atque debilitas infra gradum ares roboris existens: firmiori quidem adimit, quod imbecilliori præstet, ac vtrunque in medium tandem redigit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

diametrum, id quod in hunc modum fit: Liquorem corallinum accipito, eum nẽpe, qui probè diaphanus existat, cui adiũge eius quidem vitrioli, quod est ex Venere, quintam partem: digerantur in balneo maris ad mensem suum. Hoc enim pacto separat se vinũ metalli primi in summitatem, cæterùm quicquid de fecibus vini est, vitriolum Veneris occupat. Sicque fit primum illud metallum, perspicuum, diaphanum atq; rubinum planè vinum, cuius præcipua virtus ac potestas in omnibus est mineralibus totius physici corporis.

EXPOSITIO.

Varia est inter multos de primo metallo sententia, sed opinio potiùs. Nonnulli primum ab ordinis initio iudicant, alij volũt à fine dici primum, velut extremè perfectum: qua posteriore denotaretur aurum: priore verò prima radix metallorũ omnium. Ego magis subscribẽs priori, tincturam esse dico mineralis cuiusdam primatum inter cætera tenẽtis, aurei videlicet mineralis, quod per liquorem corallinum interpretatur author, id est, rubeam tincturam primi mineralis, tũ per hoc verbum: Nam vt vitam longam conserues, ex principe mineralium hoc proficiscatur necessum est. Vide tamen, ne seducaris in appellatiõnib. auri, nam est robustißimum quoddam, quo de in principio dixi: at robustißimum potiùs minerale primum Veneris: est & debilis-

debilißimũ, quod minerale primum dicitur, vti vitriolum, aut etiam primum metallum. Præcipuæ corporis humani conseruationes igitur fiunt ex primo metallo, non ex propria sua natura, sed potiùs ex virtute mineralium in ipso radicem habentium. Primum itaq; metallum, est radix mineralium & metallorum omniũ. Eiusmodi conseruationis temperamentum fit ex robustißimo, id est, solidiori, cum debiliori in vno gradu venereo contemperatis, per chimicũ ares, id est, dispensatorem naturæ per hanc artem excitatum, & per archeicum ares, id est, summè exaltatum spiritũ ex corporibus emergentem. Vis absq; viribus ares siue dispensatoris in natura per artem, non est, nisi debilitas infra gradum existens spiritus corporum exaltandi: firmiori siquidem, hoc est, solidiori adimit ares, quod debiliori, hoc est, non solido, præstet, ac vtrunq; in diametrum tandem redigat, id est, in temperamentum. Liquorem igitur corallinum accipito de primo metallo tractum, eumq; diaphanum, siue clarum, cui quintam partem vitrioli ex Venere iungito, digerantur in balneo maris ad mensem suũ, id est, in tempus quo visum erit vinum primi metalli in summitate separatum, quod plærunq; fit post quadraginta dies. Vitriolum Veneris cum fecibus in fundo residebit, metallo primo perspicuo facto vt rubineum vinum, vires & facultates suas habens, in omnibus mineralibus totius physici corporis, id est, humani.

THEO-

THEOPHRASTI PARACELSI DE VITA LONGA,

Liber quartus,

Cap. I.

SEd ne in vita longa quicquã ſilentio prætereatur, in hoc libello obſeruari cõuenit, quod intra teſtam, vltra etiam quintum illud eſſe, cõcluſum eſt aliquid, ex quo cõiunctio quædam, cùm corporalis, tum eius quod præter corpus eſt, extra quintum illud, in longam vitam corpus producit, de quo ſic habe: Nihil planè eſſe, ac inuiſibile: in ipſo tamẽ corpore eximium, quod non microcoſmico ſolùm corpori longam vitam præſtat, ſed etiam ipſum Dardo in trigeſimum annum vſque integrum conſeruat, ipſumq́ue anthos, ac inſignem illum cheiri vſque in tertiam cuſtodit ætatem. Hoc namque cùm antheras ac folia ſuſtentet, quantò magis corpus ſuſtẽtabit microcoſmicum, quod per vniuerſam quatuor elementorum anatomiã perdurare in ſua conſeruatione debet? Quocirca in hac quidem poſitione notandum medico eſt, quòd vniuerſa quatuor elementa, anatomia in vnicam mi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

crocoſmi anatomiã contrahi debeat, non autem ex corporali, ſed potiùs ex eo quod corporale conſeruat: quod quidem ſupra quintum illud, cùm hoc, tum reliqua quatuor ſuſtentat. Etſi nomenclaturam ei iuſtam ac veram dare oporteat, balſamum ipſum vocare, ex quo vita conſeruatur, iure poſſum, qui ſe à corporis balſamo iure ſeparat, & talis eſt balſamus, qui ipſam quoq; naturam antecellat, idq́; ipſum tamen per corporalem operationem.

Expositio.

Poſtquam tertio libro de quinto eſſe, quatenus ad vitam longam facit, amplè ſatis ab authore dictũ fuit, quarto hoc libello aliud adducit, quod ad eandem eſt apprimè conueniens, imò neceſſarium, vtputa quoddã incorporeum coniunctum corporeo, longam producens vitam, idq́; intra teſtam, id eſt, pellem (quam aliquando alibi chaos appellat) cõtinetur. Nihil eſſe dicit, quod inuiſibile eſt, & ſenſum fallit omnem: non autem vult intelligi non exiſtens per nihil, ſed potius aliquid non perceptibile, imò vix, aut non definibile: quod eximiũ quid eſt in corpore. Non abſimile ſcribit in ſua Philoſophia ad Athenienſes in hanc ſentẽtiam: Quia (inquit) æternum cum quandoque defuturo mira coniunctione conuenit, hoc propter illud, particeps eſt futurum immortalitatis. Nec ſolùm corpus microcoſmicum id conſeruare vult in vita longa, ſed etiam ipſum Dardo, hoc

eſt,

est, iam conseruatum in vno balsamum, etiam in alio; quod ex eo propagatione deriuat, in trigesimum annum integrum: Non secus & ista medicamenta conseruat spagyrica, videlicet anthos & cheiri, in tertiam ætatem, id est, etiam in trigesimum annum valida. Nam si Anteras, id est, Hiacynthinos flores, ac folia sustentat, & cætera vegetabilia, quantò magis corpus sustentabit hominis, quod perdurare debet in sua conseruatione, per vniuersam elementorum quatuor anatomiam, id est, si pars elementaris anatomiæ, videlicet anthera, per aliquid conseruari debeat, quantò magis totum vel vniuersa quatuor elementorum anatomia, quæ in vnicum corpus microcosmi concurrit, per idipsum conseruabitur, quod singulas conseruat partes? Incorporeum est, quod corporeum esse quintum, et elementorum corpora sustentat & conseruat, hoc ipsum etiam vniuersam quatuor elementorum anatomiam, in vnicam microcosmi anatomiam contrahit, & in vnicum ex firmamento & elemento simul compactum lutum. Quod, si per iustam nomenclaturam definiri oporteat, balsami corporalis incorporeum balsamum, vocare possum, inquit, qui naturam antecellit, ergo supernaturale balsamum non iniuria dici posset, quod per corporalem operationem à corporis balsamo, sed à balsami corporei corpore craßiori potiùs, retento subtiliori vehiculo tamen, sine quo nihil, vt suprà, vel insensibile fit, & ad medicinam inhabile separatur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

CAP. II.

PORrò eius quidem balſami, quo de iam dictum, qui longam exhibere vitam debet, declaratio duobus modis fit: Vno, qui eiuſmodi virtus clàm eſt, & à caſu accidẽs ex eo ſequitur, quo plæriſque longa quidem vita tribuitur, qui tamen ipſam, qualis in ſe eſt, agnoſcunt minimè. Alter autem modus per artes fit, eis nempe qui illam adipiſci coniunctionem poſſunt, neque tamen idipſum fieri citra medium aliquod poteſt. In hoc enim planè ſita eſt rei ſumma, quòd in eo Iliaſtro, cùm lõga, tum breuis etiam vita reperitur. Nã quæ herbis adiuncta eſt, terminũ ſuũ habet. Similiter etiam ſuum habet terminum, quæ mineraliũ eſt aquæ, eodẽ modo Thereniabin quoque, nec diſsimiliter & Noſtoch. Pręter tñ hæc omnia, talis ac tãta ipſius eſt cõiunctionis vis atq; poteſtas, vt omne id, quodcunq; ex quatuor elemẽtis productũ fuerit, ſupra primum illum terminũ ſuum cõſeruetur: & is eſt terminus Iliaſtri. Quo quidem etiã ſuperatum volumus ſubtilem illum virum, qui terminũ trãſgredi nõ poſſe, ait, quod quidẽ ſi n minùs fuerit, ac trãſgrediatur, fieret hoc, vel in altero ſaltem. Eorum nanq; ſunt duo: quorũ alter quidem tranſgredi nequit (eſt enim terminus in microcoſmi naturam poſitus) alius aũt etiam naturã elementorum, alius verò in quintam eſſen-

essentiam quoque, præterea & alius ex vltimo Iliastro. Ij quippe termini in medici potestate consistunt, qui in his mutare pro suo potest arbitrio quod vult, præter solum fixum, vbi finem vnà cum suijpsius quoq; mutatione expectare ipsum oportet.

EXPOSITIO.

Duobus modis hoc loco balsamum vitæ balsami corporei, quo vita longa acquiritur, declaratur. Priore, virtus occulta quædam, qua plærisque vita longa tribuitur, eamq; non agnoscunt qui potiũtur ipsa, sed naturali quopiam accidẽte sortiti sunt, nobis innotescit. Alter autem modus acquiritur arte, per eos tamen, qui eiusmodi coniunctionem artificialem & norunt, & possunt adipisci, quod verò sine aliquo medio nequit fieri. Totum huius rei negotium consistit, quòd in Iliastro hoc, id est, in occulta naturæ huiuscemodi virtute, vtraq; vita, longa scilicet breuisq; reperitur. Vita quatuor elemẽtorum, terminum suum habet, vt quæ sunt ex terra vegetabilia, herbæ, et id genus alia, terminum habent suæ vitæ: Pariter & quæ ex aqua sunt, mineralia siue metalla: ex aëre Tereniabin, id est, mannæ dulcedo: & quæ ex igne sunt Nostoch, id est, iacula siderũ purgatione sui in terram demissa: singula vitæ suæ terminum expectant. Verùm propter coniunctionem antea dictam elemẽtorum, eorum etiam, quæ ex eis producta sunt, cum supernaturali balsamo, huiusmodi

nexus

nexus tanta vis est, vt quodcunq; elementum suumq; productum, supra primum terminum dictum, conseruetur: & is est terminus Iliastri, hoc est, occultæ virtutis naturæ, balsami vitæ videlicet. Hoc ipso cõuincitur, quicunq; asserit terminum vitæ transgredi non posse: quòd si transgrediatur (putà consuetus communisq; vitæ terminus) in hoc saltem vno, vel in altero contingit fieri. Terminorum namque vitæ duo sunt, quorum alter transgredi nequit, alter autem est in potestate medici, vt pro suo arbitrio mutare potest in eo quod vult: Huiusmodi terminus est, vel in hominis siue microcosmi naturam positus: vel alius in naturã elementorum: alius in quintam essentiam: & præterea alius in vltimo, hoc est, in magno Iliastro, qui est mentis & animi raptus in alterum mundum. Fixum verò terminum, id est, à Deo prædestinatum, nullus medicus impedire potest, sed finem eius, cum suipsius mutatione, cogitur expectare. Nam ad suum creata sunt omnia, medicus & medicina, terminum quibusuis ignotum, præterquam soli Deo, cui & producendi & abbreuiandi sola potestas est, vt præsciẽtiæ voluntas ac iudicium. De his plura dicere non est istius loci, neq; instituti.

CAP. III.

HVnc itaq; Iliastrum ad eum modum intellige, quandoquidem hîc triplices præter quintam essentiam virtutes reperiuntur. Est enim Iliaster sanctitus, alius verò Iliaster

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

paratetus: tertius autē Iliaster ille magnus. De priore sic accipe: Quòd sanctitus ille longā vitam præstat, idq́; secundū eius qui ipso vtitur, industriam: alter verò idipsum dispēsat iuxta fauorem: sed tertius illæsus, citraq; noxam in vita longa consistit. Hinc igitur Iliastrum hoc in loco cōprehensum expende, quòd primus, secundus, & tertius simul omnes microcosmo subditi sunt, ita vt in vnum eos gamonynum redigere poßit. Alter verò cogitur nequaquā, sed quemadmodum fauori cōuenit, acquiritur. In tertio perinde habet, vt in Enochdianis ac Heliæsatis, non secus, atq; de aquastro patet. Primum itaq; ex elementis suam ducit ori ginē, veluti testa concludit, ipsisq́; arcanis supra quintū esse attribuitur. Secunda verò magnalib. adscribitur. Et tertius ex proprijs specificis suis. Ex quo seqtur terręlatos, nymphidicas, aërdados, soladinos lōgam vitam suam accipere, singulos in aliena eſsētia. Illius enim tertij Iliastri mors est, & tempus, & arbitrium: isq́; est, qui spicæ vltrà, quàm ipsa quoq; per se natura ferat, tribuit, quin & myrrhæ fragrantiā, roburq; in Ieris. Atqui vtut sese hæc habeāt, considerandū medico est, vt eiuscemodi coniunctio non disimili modo contingat in corpore, nēpè quemadmodū arbor maris, semel fixa, atq; adeò sui iuris ab illo facta est, fususq́; cheiri probatus ac cōstans: sic per eandē cōiunctionē in microcosmo idē quoq; potest fieri.

EXPO-

EXPOSITIO.

Iliaster vt triplex, triplices etiam virtutes habet. Primus est sanctitus: secundus dicitur paratetus: tertius vocatur Iliaster magnus. Sanctitus ex industria vtentis, & arcanis, vitã longam administrat: Paratetus à dispensatione per fauorem eam tribuit. Magnus verò in ipsa vita longa sine impedimento quopiam consistit. Simul omnes in vnicam anatomiam harmonicã conuenire possunt, & à microcosmo sapiente cõtrahi, modò secundus fauore cæteris concurrat, alioquin cogi se non permittit, sed acquiri. De tertio intelligendum, vt in Enochdiana vita longa, & Heliæsana, per aquastrũ, id est, apparentiam oculis oblatam atq; patentem, vt raptus Diui Pauli fuit in tertium cœlum. Primùm arcanum Iliastri primi, ducit originem ex elementis, cum quibus in testa chaoica simul concluditur ac tribuitur arcanis supra quintum esse. Secunda vitæ longæ virtus Iliastri, magnalibus adscribitur. Sed magnus ille tertius Iliaster est ex proprijs suis specificis, putà speculatiuis arcanis. Quapropter ipsi terrælati, nymphidicæ, aërdadi, & soladini, id est, elementorum spiritus corporei, longam vitam suam habent singuli in aliena essentia. Tertij mors Iliastri magni videlicet, in tempore & arbitrio cõsistit, nam gubernandus est, moderandusq;, alioquin ipsum nemo satis ob eius vehementiã sustinere potest. Obseruanda sunt itaq; tempus, & ratio, quibus vtendũ sit eiusmodi subtilib. admodum influxuũ impreßionibus, animũ & mentẽ transmutan-

mutantibus, corpori quoq; vitam longam tribuētibus. Quicunq; hæc apertiùs intelligere volet, ea quæ in hāc rem libro De luce naturæ scripsi, legat maxima cum attentione, potißimùm in Meditatiuis.

CAP. IIII.

CÆterùm de primo illo Iliastro, quo pacto se habeat, in hunc modum accipe, quòd eius vltra mille sunt species: non tamen quòd aliud præcellat alio, verùm potiùs iuxta hoc, vt quilibet microcosmus peculiarē suam, atq; adeò perfectā coniunctionē habeat, quilibet, inquā, vtrinq; perfectā suā ac propriā virtutē. Tanta siquidem est Iliastri virtus ac potentia, vt per eum corpus quidem mortuum conseruetur viuū, in eo nempe, quo primus ille terminus transmutatur. Quæ quidem vitæ longę conseruatio supra vires nostras existit, nō autem præter vires superiorum: fitque sustentatio eius ad hunc modum, quòd vitam lōgam tribuit, citra tamē expulsionem morbi: vitam quidem præstat, non autem bonam valetudinem: nonnunquam verò & vtramque. Sed eiusmodi quippe vita longa, quæ ab illo proficiscitur Iliastro, annuatim quidem durat, ac propagatur, vt alij quidem in decimum vsq; annū porrigitur, qui in quinto obijsse debuerat, alij in vigesimum, qui in decimo: Similiter in quinquagesimū, qui in trigesimo: non-

nullis

nullis in octuagesimum, qui in quinquagesimo: alijs in cẽtesimum, quos in octuagesimo vel septuagesimo vita oportuerat esse functos. Maximum autem in centesimum ac vigesimum. Alij verò in tertium, quartum, vel quintum, & sextum (sicque deinceps indifferenter) vsq; diem, vltra suum terminum prolongatur: id quod vniuersum tum ex superiore, tum inferiore coniunctionibus, perinde atque hæ duæ conueniunt, accidit.

Expositio.

Iliastri primi vltra mille species dicit esse, nec tamen vna præcellit alijs, nisi quia quilibet peculiarem suam coniunctionem habet, perfectam in suo gradu tamen, & perfectam virtutẽ. Iliastri potentia, virtuteq; mortuum etiam corpus conseruatur viuum, in eo nempe statu, in quo terminus primus eo trãsmutatur. Cor*pus hoc loco mortuum non dicitur, quod vita prorsus priuatum est, sed cuius terminus aduenerat, & iam prolongatur, vt suprà in textu narratum fuit: hoc pro mortuo hîc æstimatur, nec viuit, nisi per Iliastrũ, terminum hunc primum transmutantem, vt cõtinuetur in vita corpus, in eo vitæ termino vel statu, in quo trãsmutatur. Hæc transmutatio huius Iliastri, viribus superiorum fit, non autem nostris, ita tamen vt per sustentationem vitam longam tribuat, præter expulsionem morbi, quanquam aliquoties vtranq; scilicet vitã*

& bonam valetudinẽ, idq; per aliquot annos, vti quintus in decimum protrahitur, hic in vigesimum, trigesimus in quinquagesimum, & hic in octuagesimum, hic autem vel septuagesimus in centesimum, vel in centesimum & vigesimum, ad summũ, annum. Quandoque non nisi ad aliquot dies vltra terminum vitæ protrahitur, vt in quartum, quintum, sextum, &c. iuxta conuenientiam superioris et inferioris coniunctionis, idipsum contingere solet.

CAP. V.

SEd de vero illo Iliastro sic se res habet, quòd eiusmodi quid citra vel significationẽ, vel necessitatem quandam erga maiorem illum Iliastrum, fieri nullo pacto potest. Quod quidem in hanc sententiam intellige, Iliastrũ illũ eiuscemodi vitam lõgam iamiam producturum, præstare id minimè gentium posse illic, vbi eius vitæ longæ locus nullus est. Quare obserua, tale quid non, nisi cum transmutatione tam loci, quàm elemẽtorum, fieri, sic nempe. Quẽadmodũ quatuor elementa in testa mortalia sunt, omni momento nouã conficientes generationẽ, morti eã exhibent. Sic è regione alia quoq; est in suo firmamẽto fixa, atq; adeò inconcussa perdurans, quæ nec morbum causatur nec mortem. Qua de re sic philosophari licet. Quod spiritus isti fixi nihil planè interire

sinunt,

ſinunt, quorũ longa vita immobilis eſt ac firma, vſq; in tranſmutationem eorundem, rurſusq; in primam. Similitudo ſiquidẽ ex teſta ſumitur, quòd ſecũdum fixationẽ (vt ſic dixerim) firmamenti, lõga vita in vno quidẽ cõfirmamento prolixior eſt, quàm in alio: tametſi ad primum ſolummodo terminũ ſingula attinent. Veruntamen eiuſcemodi trãſmutationẽ nõnulli quoq; comitantur incolę (ſic enim vocare libet) in decimã vel duodecimã vſque. Quorum mors in deſtructionem quidem ſequetur magni illius firmamenti, quãdo vtraque corpora, tã cœleſtia, quàm terreſtria commouebuntur, quin & ſupercœleſtia quoque. Quanquam hoc citra naturæ diſcrimen fit. In prima namq; minuta, quando eiuſmodi mutationes accidunt, naturę orditur putrefactio, fitque ſuperſtite, ac viuente adhuc corpore proprio.

EXPOSITIO.

Vt iſta meliùs intelligantur, in primis notandũ de vero quod habetur Iliaſtro, de ſecundo intelligi debere, non ſecus ac ſequenti capitulo de tertio & magno, & præcedenti de primo, & balſamali ſiue mummiali Iliaſtro. Secundum hunc aliquem reſpectum habere neceſſitatis dicit author noſter, ad magnum illũ Iliaſtrum, quòd huic ille præparare locum vitæ longæ debeat, alioquin iſte nihil operaturus erit. Quapropter ſecundo

hoc fienda, cùm loci, tum elementorum transmutatio. Elementa siquidem illa quatuor in testa, seu mauis anatomia, vel cutis firmamento, sunt mortalia, quo fit, vt iuxta mortiferam suam conditionē operentur semper nouas generationes ad mortem. Verùm ex aduerso adest alia pariter testa in suo firmamento fixa, et permanens, cuius firmamenti humani fixi spiritus, nihil corrumpi vel mori patiuntur, quia ipsorum vita longa est constans & non mutabilis, donec transmutatio fiat eorum iterum in primam, intelligito materiam. Nam in vnius quandoq; firmamento fixo, prolixior est vita longa, quàm in alio, quod ad primum terminum attinet. Comitantur eiusmodi transmutationem spiritus nonnulli naturales, quorum mors est destructio magni firmamenti, hominis putà, quando scilicet corpora cœlestia, & terrestria commouebuntur (à suis sedibus intellige) quæ sūt spiritus dicti naturales: hi soli mori possunt, non illi, qui supernaturales existunt fixi: verùm & isti hac de causa dimouentur etiam à suis sedibus. Mox atq; talis mutatio cōtingit in monarchia humani corporis, putrefactio naturæ sumit exordiū, proprio nihilominus adhuc viuēte corpore: quapropter fit absque periculo naturæ.

CAP. VI.

VT autem porrò id quod maximè necessarium est in hoc processu erga Iliastrū, describamus: Principiò vt impurum animatum depu-

depuretur citra ſeparationem elementorum, quod fit per tuam ipſiꝰ imaginationem, cùm ea in animi tui confirmamento conſiſtit, præter omnem corporalem ac mechanicum laborem. Quæ quidem diſpoſitio ex eo contingit, quò ſeſe homo gradatur in animo, vt æqualis reddatur Enochdianis. Non quòd Enochdianam agere vitam cupiat, animo tamen ab ea per diametrum diſtet. Quare microcoſmum in ſua interiore anatomia reuerberari oportet in ſupremam vſq; reuerberationem. Per hanc enim reuerberationem ſeſe impurum conſumit: fixũ autem, quod ab impuro deſtruitur, ſine ferrugine permanet. Nec tamen ignis eſt, cui ſalamandrina adeſſe poſsit eſſentia, Meloſinicúmve ares, ſed potiùs retorta quędam deſtillatio ex medio centri, ſupra omnes carbonum ignes. Facta eiuſmodi reuerberatione, in vltimo quidem termino fulmen exhibet phyſicum, non ſecus atq; ſeparant ſeſe ab inuicem Saturni fulmen & Solis. Itaque quicquid per hoc fulmen incendit, vitæ lõgæ eſt, magni nimirum illius Iliaſtri. Atque hæc quidem fulminatio, & præcedens eius reuerberatio, nihil quidem ponderi adimit, ſed magis turbulentiæ corporis, idque ex colorum diaphanorum ratione.

EXPOSITIO.

Antea de repurgatione per balsamationē atq; trāsmutationem locutus, iam demum de animati impuri, non corporei, depuratione disserit, arcano magni illius Iliastri fienda, propria duntaxat imaginatione, quæ in animo prorsum confirmatur, nullo alio quouis opere corporis adhibito, vel arte manuali, vel sensuali quapiam interueniente. Animi gradatio talis consistit in existimatione mentualiter fixa, qua sese quis Enochdianis, id est, vitam Enoch viuentibus, comparatione solùm ad hanc, æqualem reddere summè affectat. Non quòd æquè longam assequi se posse credat, verùm è directo firmiter ad illam respiciens anhelansq; suam illa vitam alat & nutriat, & in longitudinem terminum protrahat. Hæc reuerberatio fit in interiore anatomia, hoc est, spirituali, vsque in supremam microcosmi reuerberationem, id est, dispositionem. Duo sequuntur inde commoda vitæ longæ: prius est, quòd hac dispositionis reuerberatione, sese impurum consumit: posterius est, quòd fixum, id est, purum, quod ab impuro vastatur, non contrahit rubiginem, id est, corruptionem ad mortem. Ignis huius reuerberationis, cum salamandrino igne commune habet nihil, neque etiā cum Ares Melusinico, hoc est, perdurātis vitæ brutalis nymphidicæ dispensatore, sed est circularis destillatio quædam è medio centri, cordis putà, superans omnes carbonum ignes. Post vltimum terminum istius reuerberationis, adest iam physicum fulmen, id est,

florum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

florum depurationis vltimum indicium: similitudine sumpta quidem à repurgatione metallorum, præsertim auri per cineritium, atque Saturnum siue plumbum. Quicquid accendit, hoc fulminis animati siue mentalis igne & virtute, efficiens est vitæ longæ, quia hanc habet in se complexam, intellige vitam longam illius Iliastri magni mentalis. Ambæ operationes, reuerberatio præcedens, & fulminatio subsequens videlicet, nihil de pōdere corporis adimunt, at solùm ipsam turbulentiam, per tincturarum instaurationem.

CAP. VII.

PRæterea verò ab Iliastro primæ potestatis eiusmodi vita lōga nō est. Inferiorē enim gradū præbet. Sed is tamen est, qui eo in loco separat, & perinde vt res fixa non fixā seruare potest, à morte microcosmū defendit: quādoquidē eius operatio non est, vt separet, verùm potiùs, vt per arcana illa perspicua indigestū vincat, quò minùs succedat eius perditio: simi lis ei, qui mala bonis superat. Velut mūmia, q̄ vnà cum corpore à partu procedit, ipsa quidē per se bona, corpus aūt malum, ac putridum. Quamcunq; igitur vitam corpus viuit, ex sola viuit mummia: proprium enim eius ac natiuum est, vt putrescat, rursusq; in stercus, cuius membrū est, abeat, id quod continuū eius studiū est. Cæterùm mummia nō itē; nequitiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

enim illi suã frangit, atque suo ipsum proprio conseruat arbitrio, quo minùs id quod conatur aliquando, efficiat. Quamobrem sic sonat eius receptum, quòd mummia supercœlestis microcosmum plus, quàm propria eius mummia sustentat. Quoties enim mummia, toties item alius terminus: tametsi neque tempus, neque numerus in eiusmodi terminis repertus est: perdurat enim eovsque, quo secundam euitare generationẽ non potest ampliùs: nã in hoc peritus esse physicus debet, quòd quęlibet prima materia vltimam expellat. Quare generatio vermiũ hîc orditur, vbi vltima materia physici corporis sese ostendit: hunc igitur Iliastrum obserua, quòd vermium generationem non modò nõ destruit, verùm etiam cùm earum adsit materia, generationem ne impedit quidem, quam tamen præuenire mummia debet.

Expositio.

Vita longa non est ab Iliastro primo, nam inferiorẽ gradum obtinet, hoc solùm efficit vt fixum eius non fixum seruet, hac via quidem à morte defendit corpus microcosmi: non separat quidem, sed per sua digestissima & perspicua arcana vincit ac superat indigestum, ne moliatur corpori perditionem aliquam, similis est illi, qui bono malum vincit, vt mummia, id est, balsamum,

mum, quod à natiuitate simul oritur cum corpore, hoc putridũ est, illa verò bona præseruat à putredine, quæ mortis est radix & origo: balsamum tamen est causa vitæ. Nam ex balsamo siue mummia viuit corpus, & non ex alio, sine qua putrescit: propriũ hoc ingenitum est illi, vt semper in idipsum redire conetur, ex quo est ab initio. Frangit hãc illi malitiam ipsa mummia, ne, quod efficere malum studet, faciat: proprium enim est mummiæ siue balsamo, ex puro suo arbitrio cõseruare corpus. Verùm duplex mummia hoc loco venit conside rãda, supercœlestis & propria corpori, vtraq; sanè conseruat corpus, at longè præstantiùs & nobiliùs illa supercœlestis. Vitæ terminus in his considerandus non est ex tempore, neq; numero, sed ex generatione putredinum, siue vltimæ materiæ: hanc expellere per primam oportet. Statim atq; in physico corpore prorumpit vltima materia, adest generatio putredinis atq; vermiũ: hanc præuenire potest mummia siue balsamus Iliastri primi, non autem, cùm adest materia generationis, impedire.

CAP. VIII.

AD horum omnium conclusionem, principiò nota, quòd naturalis mummia ex tribus illis anatomijs cõponi debet, quo peregrinus microcosmus physicum corpus gubernet, id quod extrinsecus fieri necessum est, siue per elementũ aquæ, velut per eius metalla,

salia,

salia, & id genus: seu per elementum terræ, vt per eius herbas siue boletos: aut in tereniabin vel Nostoch: nam hæc omnia mansiones sunt rerum supercœlestium. Quamobrem nemò miretur, quòd ingentes passim melissæ virtutes describantur. Quando enim in hac supercœlestis coniunctio sese vnit, quis virtutem ei quantumuis eximiã abneget? Atque hæc quidẽ sunt magnalia, quæ in se Bamahemi quoque continent, atque is planè iloch est, qui ex vero compositus aniado, eidem elementato adimi nullo pacto potest, id quod fit per exaltationes vtriusque mundi, perinde atq; vrticæ exaltationes adurunt, nitetq; ac splẽdet flammulæ color. In huiusmodi tamẽ exaltationibus, virtus eorum traduci in aliud potest. Ad hunc igitur modum dignoscere exaltationes discite, quæ vrtica longè potiores existunt, idque ipsum vt in vero Maio, vbi aniadorũ exaltationes ordiuntur, easdem colligatis. Neque enim virtutum exaltationes in matricib. duntaxat sitæ sunt, verùm etiã in supercœlestibus. Vulgaris quippe, ac veluti nihili Ideus is esset, qui vnam solummodò rem visui subiectam fabricare nosset, nec præter ea, quæ tãgi possunt, creasset maiora quædam. Enimuerò alium quendam Maium construxit, vbi se flores exaltãt supercœlestes, in quo extrahi Anachmus debet, ac seruari, non secus atque muscus in

pomam-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

pomambra, & ſicuti auri virtus in Laudano deliteſcit, cuiuſmodi quidem Anachmi virtutes quando colliguntur, tum demum de longa vita lætari meritò potes.

Expositio.

Hoc poſtremo quarti ſui De vita lõga libelli capitulo, concludit author omnia quæ præmiſit, per mummiã naturalem ex tribus anatomijs componendam, vtpote mũmijs tribus, balſamo, magnali, & ſupercœleſti. Conflatur ex his peregrinus, id eſt, externus microcoſmus, quo phyſicum corpus gubernatur. Hic ab extrinſecis eſt petendus, áq; matricibus quatuor elementorum, vt ab aqua per metalla, mineralia, ſalia, & id genus; ab elemento terræ per eius herbas ſiue boletos, hoc eſt, bolares ſtellas terreas, ab aëre & igne, per thereniabin & Noſtoch, quæ manſiones ſunt vel corpora quibus immorantur ſupercœleſtes virtutes. Sicuti meliſſa in qua ſupercœleſtis influxus cum eius vnitur corpore, virtutes ingentes habet, ſic de cæteris. Eiuſmodi magnalia continentur etiã à Bamahemis, id eſt, ſupercœleſtium curriculis, quos ſubintrarunt in cœleſtibus, vt per eos in inferiora veherentur: quæ coniũctio Ilech noſtrum eſt compoſitum ex aniado vero, id eſt, efficacia virium atq; virtutũ cœleſtium aſtraliumq;, per influentiã dictam ad nos deriuantiũ, & elementata corpora, quib. adimi nequeunt, curriculis intelligito iã elementatis: bene quidẽ ab iſtis in aliud per exaltationis, i. magneticae

ticae

ticas vires, adduci possunt, ex vtroq; mundo, superiori videlicet ac inferiori, qui simul exaltari possunt, vel in summam puritatem adduci. Exaltationes itaque suis corporibus longè ac supra modum sunt præstantiores. Discite igitur ô vos, qui spagyri nomine gloriamini, priusquā tales vosipsos appelletis, in vero Maio, id est, philosophico nostro magnete, vbi aniadorum, id est, cœlestium et astralium virtutum exaltationes, i. summæ depurationes, ordiuntur, colligere. Non enim in matricibus elementorum solùm exaltationes sitæ sunt, sed etiam in supercœlestibus, intelligito coniunctis, vt suprà narratum est: nam ante hanc, exaltatione non indigēt. Deus enim, qui summus est Ideus, id est, Architectus, præter ea, quæ sensibus subijciuntur, maiora fabricauit, in inuisibili mundo videlicet, quibus tamen, hoc omne quod visibilē constituit, non priuatur. Alium siquidem construxit Maium, id est, rorem maialem ac magneticum liquorem, quem nōnulli philosophi diuinam vocāt aquam, vbi supercœlestes flores, colores putà, se exaltant, id est, emergunt: in quo Maio debet extrahi, id est, extractum inseri, tanquam muscus in pomo ambræ, Anachmus, id est, spiritus incorporeus, qui per se fuit, seruari, hoc est, veluti curriculo retineri, & corporeus fieri: sicut auri virtus in Laudano, id est, peculiari quodam Paracelsi medicamento, delitescit. Vbi iam collegeris Anachmi rerum virtutes, gloriari de vita longa, tanquam spagyrus verus, non arroganter, sed meritò, poteris.

THEO-

THEOPHRASTI PARACELSI DE VITA LONGA,

Liber quintus,

Cap. I.

SVprà in primo libro fundamenta ieci vitę lõgæ, ea hoc loco abſoluemus. Non enim video, cur ea, quæ ad integrã vitam, atq; adeò ſanam pertinent, hîc denuo repetá. Cùm in ſuperioribus libris, ſecundo & tertio, de his à nobis ſatis abundè dictum ſit: quare in hoc quinto libro ſupremam manum imponam his quæ ſuprà in primo libro, de ea, quæ præter naturam eſt, vita, incepimus: & idipſum pro ratione theorica. Principiò proponimus vniuerſis ſpagyricis, cùm Adæ, tum Mathuſalem ætatem, id quod in ſecũdo capite ſequenti indicabitur. Antequam tamen ad illa perueniamus, priùs de vita longa, quæ in manu illius maximi Iliaſtis eſt, exactè dicemus, idque pro ratione magnaliũ. Vbi plurima de libero arbitrio accipienda eſſe admoneo, quàm quæ nos ex elementis adminiſtrare poſſumus. Hæc vt clariùs ac rudiùs pateant, principiò oportet fingamus Enochdianos, quam influentiam ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

in mente noſtra, perinde ac ignē in ligno, non ſine vulgari virtute, geſſerimus, fieri poteſt, vt ad hanc vitam perueniamus, vel nullo negotio: id quod exemplo Ioharnetis palàm fit, cuius natura, neq; vnam ætatem ſolùm, neq; ſeculum vnum duntaxat comprehēdit. Sed ne his meis paramiricis libellis præbeā calumniandi anſam his, qui ſcripturas variè torquent, nihil certi hoc primo capite definiemus de vita ſummi Iliaſtis: num hîc in corporalibus elementis ſit, aut porrò etiam in quinto viuat, vbi nullum corpus occurrit, vbi non modò ij, quibus de mentionem fecimus, viuunt, ſed etiam ij, quos ſomno ſepultos credimus. Hæc, inquam, omnia ſublimioribus ſpiritibus tantiſper exiſtimāda relinquimus, dum infrà ad illa venerimus. Porrò ſi impelletur Iliaſtes ille ſummus, aut aliquo ſaltem haberet opus, facilè eò, quicquid eſſet Enochdianum perueniret, vbi vniuerſa vita noſtra longa, ſuis locis in æthere ac nubibus collocaretur: Sed ſemel ſaturauit ſe Iliaſtes, vt porrò nō careat, neq; aliquo habeat opus. Quare in hoc libro vltimo, ſingula pro ratione primi libri tractabimus.

EXPOSITIO.

Primo libro tractauit Paracelſus de fundamētis vitæ longæ, quæ hoc vltimo ſiue quinto iuxta theoricam abſoluit. In ſecundo aūt & tertio, de vita ſana & integra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

gra disseruit: quid in quarto factũ sit, hoc loco non habetur, sed ab eius lectura deprehẽdi potest. Vnde putauit Leo Suauius ille Gallus Parisiensis I.G.P. larua deposita, Ioannes Gohorreus Parisius, librum quartũ esse supposititiũ, tum quia nonnihil variare videtur à stylo traductionis aliorum. Quicquid sit, est Paracelsi opus non adulterinum, vt existimauit iste censor temerarius, ac ridiculus commentator. Meliùs abstinuisset his immiscere sua scholasticalia puris arcanis, quorum prorsum fuit ignarus. Sed ad rem. Spagyris in probationem vitæ longæ proponit Adami & Mathusalem ætates, quas existimat ex longa vita potiùs, quàm à communi cursu naturæ deriuare. Nonnihil adfert in hanc rem de vita longa summi Iliastis, id est, mentalis energiæ, quam iuxta rationem pollicetur magnalium exponere. Plus ad liberum arbitrium nos vult attentos esse, quàm ad ea quæ ex elementis administrantur, ad hunc nempe modum. Enochdianos (inquit) fingamus oportet, id est, animo nostro eos, qui vita longa potiti sunt, proponamus, & tanquam influentiam, hoc est, quandam inflammationem ei persimilem, quæ fit in ligno per ignem, geramus in mẽte nostra, paruo labore fieri poterit, vt vitam hac via longam assequamur. Iobarnetem in exemplum adducit, qui non vnã ætatem, neq; solùm vnũ seculum comprehẽdit: huius naturam declarare nudiùs non vult, propter calumniatores, qui sumerent hinc ansam carpendi, etiam pro suo more, quæ non intelligunt. Quare hoc primo capite de vita summi Iliastis suprà declarati, definire certi nihil

 statuit:

ſtatuit: vtrum in corporeis elementis, id eſt, inferioribus, ſit, vel in quinto viuat eſſe, incorporeo videlicet, an vbi non ſolùm ij viuunt, quos dixit, ſed etiam qui per ſomnum et ſepulturam quieſcunt, ac dormire creduntur. Iſta relinquimus tantiſper ſubtilioribus (ait) ingenijs diſputabilia, donec ea infrà pertingamus. Iliaſtes nullo alio indiget, quia ſummus eſt, alioquin attraheret omne quo haberet opus, ac ita facilè Enochdianum quicquid eſſet eò, vbi vita longa noſtra collocaretur, in æthere et nubibus. At ſemel ſatur eſt Iliaſtes in ſe, & ex ſeipſo, vt alio quopiam neq; indigeat, neq; careat. Iam hoc libro, quæ primo deficiunt, audiamus.

CAP. II.

SEd vt tandem ad finẽ deducamus ea, quæ de vita longa tractare incepimus, principiò indicabimus quid vita longa ſit. Terminus vitæ longæ complectitur in ſe mille, aut nongentos, aut ad minimum ſexcentos annos. De ſcaturigine autem huius, quæ præter naturam eſt vitæ, ſic accipe. Duæ ſunt in hominis poteſtate vires, vna naturalis, qua de dictum eſt vſq; ad natiuum finem. Alia aëria, in hac enim nihil eſt corporale. Quare incorporalia hunc noſtrum libellum abſoluũt. Miſeros hoc loco mortales, quibus primum ac optimum theſaurũ (quem naturæ monarchia in ſe claudit) natura recuſauit, putà naturæ lumen!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

mẽ! Ne porrò in hac laboremus frustra, in philosophia autem, quia desinit ac abit natura aniadum, recordabimur, neq; porrò mentionem faciemus philosophiæ. Missas igitur faciamus res naturales, missa etiam faciamus quæcunque sunt ex elementis, insuper etiam gesta helisimidam: denique quæcunq; suprà diximus, quæ sub chao, id quod summus Iliastes existit, delitescunt. Et in manus ea, quibus de mentionem in libro primo facere cœpi, tandẽ accipimus. Vt igitur ad annum Aniadin, aut etiam vltra perueniamus, obseruandę sunt regulæ sequentes. Neminem offendãt, quæ hoc loco de Nymphidida dicturi sumus, quo loco simul indicabitur vis ac natura guarinorum, saldinorum, deniq; salamandrinorũ, & quicquid est melosinæ. Porrò si quẽ præsens locus abalienaret, neminem offendat, sed potiùs finem hui⁹ opusculi adeat, vbi singula videbit.

EXPOSITIO.

Vitam longam in suos terminos collocat: eius tamẽ originem, quæ præter naturam est vitæ, duas esse vires in hominis potestate sitas dicit, naturalem vnam antea dictam, quæ protenditur vsque ad natiuum finem: alteram verò aëriam, & incorpoream, nihil in se corporale habentem, de qua incorporea quintus hic libellus differit. Ex lumine naturæ hæc ipsa cognoscenda est,

quòd natura miseris mortalibus, id est, ignaris hominibus, vt summum ac potißimum thesaurum suum, abscondere recusareq́ videtur, quem quidem in sua monarchia claudit. Omißis itaq; naturalib. omnibus, ac istis quæ ex elementis sunt; & gestis belisimidam, id est, mummiæ balsamitæ, quin & omnibus quæ sunt sub chao, id est, aëre, quod chaos summus est Iliastes, delitescunt, solùm ea tractabimus (inquit) quæ primo libro fuerunt inchoata. Vt igitur ad annum, id est, ætatem Aniadin, hoc est, virium & virtutum cœlestium et astralium veniamus, obseruanda sunt quæ dicentur infrà de Nymphidida, hoc est, de natura spiritualium corporum, similiter quid de guarinis, id est, hominibus ex influentia cœli viuentibus, deq́ saldinis siue salamandrinis, id est, spiritibus ignem inhabitantibus, idq́; corporeis, vel hominibus spiritalibus ex ignis influentia viuentibus, &c.

Cap. III.

VT simul tandem innotescant, cùm locus, tum corpus in his rebus, quod certa quadam cõcordantia ordinari debet, ac disponi: Principiò obseruãda est solis natura, quod Iliastis est: nam aliud à trecentis vsq; ad sexcẽtos annos conseruat, id quod ad eos codices relegamus, qui tractant de natura elementorum. Porrò quicquid ex sui natura simul etiam loci naturam

naturam admittit, haud dissimiliter priori seculo in vnam cõclusionem cogitur. Vbicunq; verò coëunt, cùm loci, tum corporis natura simul, illic vel nullo negotio peruenitur ad sexcentesimum annum, quorũ aliquot, qui istuc ætatis attigerunt, commemorare possem, nisi aliò properaret calamus. Sunt præterea qui aliquandiu clàm, atq; adeò furtim sunt seruati, idque per vitam longam. Quorum ratio quia nulla, nisi quatenus Iliasti tribuerũt, & hoc loco prætereundum censeo. Sic quicquid non est aëriæ vitæ, hoc loco tollitur. Sequuntur ergo qui aëriam vitam vixerunt, quorum alij à sexcẽtis annis ad millesimum, & millesimum ac centesimum annum peruenerunt, id quod iuxta præscriptum magnalium, quæ facilè deprehenduntur, ad hunc modum accipe. Compara aniadum, idque per solum aëra, cuius vis tanta est, vt nihil cum illo commune habeat terminus vitæ. Porrò si abest iam dictus aër, erumpit extrinsecus id, quod in capsula delitescit. Iam si idẽ ab illo, quod denuò renouatur, fuerit refertum, ac denuò in medium perlatũ, scilicet extra id sub quo priùs delitescebat, imò adhuc delitescit, iam vt res intranquilla prorsus non audiatur à re corporali, & vt solùm aniadũ adech, deniq; & Edochinũ resonet. Porrò hæc tria, & quod in hæc tria vergit, nõ quatuor, sed vnum sint, habebis longissimã vitam

deliteſcentem. Hinc eſt natiuitas magni illius aquaſtri, qui præter naturã natus eſt. Hoc, etſi id quod extrinſecus erat, nequaquam deprehendere potuit: tamen hîc præbuit occaſionem id, quod extrinſecus Iliaſtes fuit, &c.

EXPOSITIO.

Diſpoſitionem ad vitam longam circa duo potiſsimùm verſari, docetur hoc loco, videlicet corpus & locũ, ac iſta conuenire debere in certa quadam ac ritè ordinata concordantia. Primò obſeruari vult naturam ſolis, putà cùm naturalis, tum artificiati: naturalis ad externi loci temperiem facit; artificiatus verò ad interni & incluſi intra teſtam loci vnionem potiſsimè conducit. Temperiem quandam ex elemẽtis elicitam, conſeruare poſſe dicit author in ſexcenteſimum annũ, idq́ præſertim, cùm ex ſui, putà ſubiecti, natura, loci naturam admittit, hoc eſt, cùm temperati ſubiectum, ex quo deductum eſt, cum loci temperiei natura concordat: quo quidem adueniente, facilè in vnionem vitalem conueniunt locus & corpus in priori ſeculo, vel ætate ſexcentorum annorum, idq́ per vnitam eiuſmodi concluſionem, intellige, externorum in internis. Eos ipſos ait ſe commemoraſſe potuiſſe, qui hanc ætatem ea ratione vixerũt, niſi properaſſet aliò: tum etiam alios qui longa potiti vita ſunt, ac furtim, id eſt, clàm vel ipſis fermè inſcijs, non alia de cauſa, quàm quod iliaſti hoc balſamo, tribuerint, id eſt, adhibuerint vel fidem,

vel

vel operam. Sed hoc loco potißimùm tractat, quæ sunt aëriæ vitæ, per quam nonnullos vixiſſe dicit à ſexcentis annis ad milleſimum, vel ad centeſimum ſupra milleſimum: cuius magnalis & arcani permaximi rationẽ ponit. Compara *(inquit) id eſt, adſimila, aniadum, hoc eſt, vires cœleſtes, per influentiam imaginationis, æſtimationis vel phantaſiæ, idq́ſolùm per aëra, hoc notat: huius arcani tanta vis eſt & efficacia, vt nihil ei præualeat vitæ terminus. Abſente hoc aëre dicto, id eſt, per influentiam hauſto, mox erumpit hoc mali, quod in capſula deliteſcebat: præſente verò ac replente ipſum, qui denuò renouandus eſt, ſcilicet ab eo tracto ſiue libero, ſub quo deliteſcebat, imò ſub vehiculo, ſub quo adhuc deliteſcit, compeſcitur: vt etiam res intranquilla iam non audiatur à re corporali, id eſt, à corpore proueniens, non admittatur, nec niſi ſolùm aniadum adech, id eſt, imaginarius internúſve homo,* Edochinum, *putà* Enochdianum, *ſcilicet quod longæ vitæ eſt, reſonet, vel audiat, huic aut ſimili det locum, ſedibusq́ suis recipiat animi iam* Enochdiani: *vtq́ hæc tria, quæ dicta ſunt, videlicet aër influẽtiæ, locus, & corpus, vel ſi mauis, animus ſiue ſpiritus hauſtus, & hauriens anima, et corpus ſimilia: hæc tria ſunt vnum elementum purum temperatum, & non quatuor impura ſint elementa craſſa, mundanaq́. à quibus vita longa procul ſugit. His omnibus comparatis, habebis longißimam vitam ſuo loco in te deliteſcẽtem. Hinc eſt natiuitas (inquit) magni illius aquaſtri mentalis viſionis, qui præter naturam natus eſt, hoc eſt, ex ea matre aniada per adech,*

 influen-

influentia iam dicta, nascitur magna visio, locũ suum, id est, matricem præternaturalem ingrauidans, vt inuisibilem fœtum vitæ longæ, ex inuisibili extrinsecóve Iliaste procreatum seu generatum, pariat.

CAP. IIII.

RESTAT adhuc in hac monarchia, cuius nos magnus ille senio maximoperè commonefacit, videlicet, longè aliam esse vitam ab ea, quàm nos plenè præscripsimus: quæ tunc alia nos perstringet, cùm singula transibunt, qui calcat, & qui calcatur, nihilominus tamen vtraque manebunt, id quod non satis hactenus intellexerunt aliani. Tum demum erit, quando omnia desinent, quæ vnà mecum indagastis, iam inde à primo ad vltimum vsque. Sed par est, vt semel etiam probemus ea, quæ tractare incepimus, idque non philosophica ratione, sed essentia ipsa, quæ vel sola hoc loci cuius meminimus plurimùm valebit. Hoc loco quo de plenè loquimur, miraberis forsan ac quæres, num vita sana possit esse coniuncta cum vita longa. De hoc igitur hæc paucula notato: duplicem esse essentiam, alteri sanitatem & fixam: alteri ęgritudinem & similiter fixam inesse. Quod autem ad locum & immutationes istorum attinet, nihil prorsus immutamus. Porrò quorsum attinet frustra his

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

immorari, quæ nobis lumen naturæ recusauit? Præterea ille, qui ex animi libidine nobiscum agit, indicat, ac rursus hiantes nos deserit. Quare hoc loco præteribimus, quæ vires nostras superant, & creaturas aliquot vitæ mirabiliter longæ, & eas sine fato, commemorare incipiemus. Inter quas sunt Laureus, Siconius, Hildonius, & alij plærique, quorum natiuitatem siue mortem naturalem nemo vnquam neque deprehendit, neque audiuit. Adde naturam & essentias illarum, & quotumquemq; reperias, qui vel apiculũ de his scripserit? quãquã paramyrica scripta nõnihil de his habeant: tamen sicut semel hoc fuit, ac rursus desijt, ita etiam vnà intellectus abijt. His igitur concludimus, quicquid est vitæ longæ, idque extra necrolicas, quemadmodum in sequentibus patebit.

Expositio.

Senio magnum intelligit authorem vitæ longæ, maximúmque Idæum esse, qui commonefacit nos longè maioris vitæ, quàm sit ea longa, de qua tantoperè locutus est, cùm non, vt ista, terminum habeat. Alia (inquit) nos perstringet, vita scilicet, cùm singula transibunt, qui calcat, & qui calcatur, id est, agentia quæuis ac patientia naturalia: nihilominus tamen vtraque manebunt, intel-

ligit

ligito quidem, per interminatam vitam innouata istorum essentia manebit eadem. Id non satis intellexerũt hactenus Aliani, hoc est, spagyri, qui illum præcesserũt, ac sui temporis, qui sub eadem tempestate naturalium rerum indagarunt arcana, à primo ad nouissimum vsque: simul omnia cùm hæc desinent esse, quod iam sunt videlicet: tum demum erit, id est, eueniet, vt appareãt quæ iam sunt occulta. Sed iam sese recolligens redit ad ea, quæ tractare priùs inceperat, vt probet non philosophicè quidem, sed per essẽtiam, ad interrogationem, quæ hoc loco fieri posset, respondens. His (ait) qui fortè quærent, num vita sana possit esse coniuncta vitæ longæ? notum sit esse duplicẽ essẽtiam, putà vitæ, quarum vni sanitas inest fixa: alteri verò inest ægritudo pariter fixa. Sanitatis vitæ locus, & ægritudinis, in vita vbi nam situs sit, perscrutabimur quidem, sed frustra, cùm id plenè scire naturæ lumen recusauit, quorsum igitur his immorabimur, vt per naturam, quæ præter ipsam sunt, perquiramus ab istorũ loco, id est, origine, vel ab immutationib⁹, hoc est, progressu, recessu, abscessu? &c. quapropter horum prorsus nihil immutamus. Aliud enim est in corpore locum indagare sanitatis vel ægritudinis, aliud in vita. Quod posterius, etsi ille, qui nobiscum agit ex animi libidine, id est, occultus ille spiritalis homo adech noster, propter animi nostri maximũ desiderium, etsi loquatur sæpe, suoq; more, nobiscum, ac indicat plurima, tamen hiantes, id est, oscitantes, nos, ob eiusmodi negligentiã, deserit. Quapropter nunc prætereundum hoc loco, quæ vires nostras, putato nobis

à domi-

à domino Deo concessas superãt, & creaturas aliquot, vitæ mirabiliter longæ, & eas sine fato, commemorandum esse iudicat opportunum. Inter quas Laureus, Siconius, Hildonius, & alij plæriq;, &c. Hos vixisse vitam longam asserit, nasci vidisse neminem, aut mori naturali morte: vnde probat vitam longam non naturalem esse, sed præter naturam: ac si diceret, eiuscemodi homines apparuerunt præternaturales, hominibus naturalibus, vt istis, per indicium manifestum, innotesceret vita longa. Sicut itaq; hoc semel indicium fuit & apparuit, ac rursus desijt, vnà simul perijt & huius, putà vitæ longæ, intellectus. Vt autem aliquid de meo adferam sublimioribus ingenijs, quod lumen eis ad hanc rem præbeat, paucis dicam: non secus ac illi supra naturam viri, nati sunt ex supernaturalibus parentibus, & nunc, vt tunc, ex eisdem nasci posse nobis conspicuos vel inuisibiles, de his satis ad conclusionem vitæ longæ, quæ est extra necrolicas, intellige medicinas vitã conseruantes & pellentes mortem.

CAP. V.

NOn pili fecerim eum, qui sub Lullianis artibus se falsò, vt necrolium vẽditat, & improbat id quod in quatuor Scaiolis comprehẽditur, & me vt summum Scaiolam prædicat, ita vt pro ratione cedurinorum possim adoriri necrolias artes. At ego vel hydros Scaiolis vnà cum æmulis inuideo. Quid dicã hoc

loco

loco de his, quæ musa sagax in canonibus suis, vnà cum narcoticis quatuor Scaiolarum complectitur, quæ vobiscum indormiscunt, tympora in vobis Anodynica reddunt? Et ego vos etiam atque etiam in tantum stuporem adduco, vt in notitiam papaueris redigamini. Sed missa facio illa, & in hoc solùm laboro, quod in superiorib. libris hactenus monui, in cosmographica scilicet vita, vbi cùm locus, tum corpus Iesahach apparent. Porrò etiam quæ præscribo, præter loci ac corporis vires, idque spagyricè præscribo, hydromanticè, & pyrotenchans. Sed quid attinet hæc commemorare vobis omnibus, quorum ne nomina quidem noui? qui etsi necrolios agitis, & in cyphanto nonnihil experti, tamen indormiscunt pulsatiles. Hæc omnia ego absolui, ea quisquis intelligit, optimo iure se spagyri nomine venditet, ac tum demum quintum caput ediscere laboret, in quo me plurimum offendunt Scaiolæ. Nam in his nulla inest mortalitas. Sub hæc igitur concludo totius rei summam, & affirmo eum esse immortalem, quicunque pro ratione Scaiolarum vixerit, id quod per Enochdianos & sui sequaces probo. Neque hunc locum infringet aquaster. Porrò si pro ratione necroliorum Scaiolis insererer, esset quod excipiendum ducerem, id quod maximus ille Adech anteuertit, & propositũ nostrum,

noſtrum, at nõ modum deducit: Quod vobis theoricis diſcutiendum relinquo. Atque ad hunc modum abijt è nymphidica natura, interuenientibus Scaiolis, in aliam tranſmutationem, permanſura Meloſine, ſi difficilis ille Adech annuiſſet, qui vtrunque exiſtit, cùm mors, tum vita Scaiolarum. Annuit præterea prima tempora, ſed ad finem ſeipſum immutat. Ex quibus colligo ſupermonica figmenta in cyphantis aperire feneſtram. Sed vt ea figãtur, recuſant geſta Meloſines, quæ cuiuſmodi ſunt, miſſa facimus. Verùm ad naturã nymphidicam, ea vt in animis noſtris cõcipiatur, atque ita ad annum aniadin immortales perueniamus, arripimꝰ characteres Veneris, quos etſi vos vnà cum alijs cognoſcitis, minimè tamẽ vſurpatis. Idipſum autem abſoluimus eo, quod in prioribus capitibus indicauimus, vt hanc vitam ſecurè tãdem adſequamur, in qua aniadus dominatur ac regnat, & cum eo, cui ſine fine aſsiſtimus, permanet. Hæc atque alia arcana, nulla re prorſus indigent, & in hunc modũ vitam lõgam concluſam relinquimus.

EXPOSITIO.

Non æſtimandum eſſe dicit Paracelſus eum, qui per Lullianas artes credit ſe poſſe conſeruare vitam, & pellere mortem, ac improbat artes, quæ viribus mentis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

mentis animiq; virtutibus adipiscuntur spagyri, veri Scaiolarum discipuli, interea me, vt summum Scaiolam prædicat (inquit) ita vt pro ratione cedurinorũ, id est, craßiorum ingeniorum, necrolias artes, id est, instauratiuas & conseruatiuas, adoriri poßim, id est, velim. Verùm ego contrà Scaiolis, id est, mentis arcanis, vt æmuli solent suis præceptoribus boni discipuli, hydros, id est, succos & fructus inuideo suarũ artium, id est, æmulor: non quia scatẽt istis, verùm potiùs quòd & his abundè satis imbui vel saturari, vt ipsæ hydriæ, pro voto nequeam: plenitudinem verò & abundãtiam ipsis ita non inuideo, vt exhaurire cupiam, imò potiùs alijs omnibus affluere, qui digni sunt eiusmodi nectaris inebriari liquore. Quid de his quæ Musa, id est, Philosophia, sagax, in suis canonibus vnà cum narcoticis, hoc est, dolorem mitigantibus & auferentibus indormitiuis, dormiunt vobiscum, id est, vobis prorsus inutilia sunt, tymporaq; seu tympana pulsatilium venarum Anodynica, id est, insensitiuũ cerebrũ vobis ac ingenium reddunt, mihi dicẽdum erit? Ego vos etiam atq; etiam hisce meis scriptis (inquit Paracelsus) in tantum stuporem adduco, vt in noticiam, hoc est, in naturam, papaueris insensatam & insensibilem, aut sensu et intellectu priuam, redigamini. Sed missa facit illa, & in hoc laborat hoc loco solùm, videlicet, in cosmographica vita, microcosmo concilianda, vbi locus, id est, spiritus sedes seu anima, tum corpus Iesahach, id est, supernaturale, apparent, per longam vitam videlicet. Hæc & similia vobis hîc & alibi præscribit, non solùm ex loci

corpo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

corporisq́; dictorum modò viribus theoricis, sed etiam spagyricis, id est, hydromanticè, hoc est, chymicè practicis, idq́; pyrotenchans, id est, ex igne philosophans. Sed quid iuuat ista commemorare vobis, inquit, omnibus, putà cedurinis spagyris palpitantibus, quorum ne nomina quidem noui? id est, tantùm abest vt è re vos pro spagyris agnoscam, imò nec omne, quod vsurpatis magisterij nomen, vllum notum est mihi, etsi in cyphanto, id est, vase stillatorio, nonnihil experti estis, indormiscunt nihilominus vobis pulsatiles, hoc est, vos deficiunt ingenij vires. Denique dicit omnia hæc se absoluisse, quæ quisquis intelliget, optimo iure poterit spagyri nomen vsurpare veri, & non palpitantis, ac postmodum, nec priùs laborare, vel nauare operam vt quintum caput, hoc est, esse quintum, ediscat, in quo quidem Scaiolas ipsum offendere plurimùm ait, hoc est, mentem eius exercere miris laboribus, quòd in eis nulla mortalitas insit, quapropter opus hoc mortales etiam superat labores. Breuiter itaque totum hoc negotium concludens, affirmat immortalem eum esse, quicunque pro ratione Scaiolarum, id est, mentalium virium atque virtutum, vixerit, vt per Enochdianos, id est, longißimæ vitæ homines, probat, & eorum sequaces, hoc est, per priscos atque posteros. Neque hunc locum (inquit) id est, spiritualem machinam, infringet, hoc est, fallet aquaster, hoc est visio non erit inefficax, sed, vt in apparentia, verax. Porrò si pro ratione necroliorum, id est, conseruantium remediorum, Scaiolis, hoc est, mentalium artium proprietatibus, insereret,

m

rerer, esset quod exciperem, intellige à canonibus antea positis: hoc ipsum tamen maximus ille Adech, id est, inuisibilis homo maximus, anteuertit, hoc est, id non permittit iuxta propositum nostrum fieri, sed & modum eius propositi nostri non deducit, hoc est, non regit: Hoc discutiendum theoricis relinquens, ait Melosinam, id est, apparentem in mente visionem, interuenientibus Scaiolis, hoc est, spiritalibus imaginationibus, è nymphidica natura, in aliam transmutationem abire, in qua permansura, si modò difficilis ille Adech, interior homo videlicet, annuerit, hoc est, fauerit: qui quidem vtrunque efficit, videlicet mortem, & vitam Scaiolarum, id est, mentalium operationum. Harum tempora prima, id est, initia annuit, id est, admittit, sed ad finem seipsum immutat, intellige propter interuenientes ac impedientes distractiones, quò minùs consequantur effectũ inchoatæ, scilicet operationes. Ex quibus colligit supermonica figmenta, hoc est, speculationes ænigmaticas, in cyphantis, id est, separationum vel præparationum operationibus, aperire fenestram, hoc est, intellectum, sed vt figantur, id est, ad finem perducantur, recusant gesta Melosines, hoc est, visionum varietates, & obseruationes, quæ cuiusmodi sunt (ait) missa facimus. Ad naturam nymphidicam rediens, vt in animis nostris concipiatur, inquit, atque hac via ad annum aniadin perueniamus, hoc est, ad vitam longam per imaginationem arripimus characteres Veneris, id est, amoris scutum & loricam, ad viriliter aduersis resistendum obstaculis: amor


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

mor enim omnem difficultatem superat: quos etsi vos vnà cum aliјs cognoscitis, putato characteres, minimè tamen vsurpatis. Absoluit itaque iam Paracelsus ea, quæ prioribus capitibus indicauit in vitam hanc securè consequendam, in qua dominatur & regnat aniadus, id est, rerum efficacia, & cum ea is, cui sine fine assistimus, permanet, aniadus nempe cœlestis. Hæc atq; alia arcana nulla re prorsus indigent:
His paucis igitur vitam longam
concludit author Paracel-
sus ex libello.

FINIS.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

INDEX RERVM AC VERBORVM.

A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

E.

F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

G.

H.

I.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

L.

M.

Magi-

Mortis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

R.

S.

T.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A

ERRATA.

Pagina 28.lin.5.ad causam.adde vitæ.30.13.tamen alterum dele.32.25.post consistat adde magis.37.6.contraria.132.16.pellicano.140.25.elemētorum.146.14.Primus.ibidem.16.Secundus.159.27.exaltationes.160.12.antea pro ante hanc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4742/A